

B. h. II, 371<sup>a</sup>  
h 72, 8.

X 187 8943

PK  
2918

MODERANTE TRIUNO

DISQVISITIONEM FORENSEM

EX JURE COMMUNI ET SAXONICO

DE

PRÆROGATIVA  
AGNATORUM PRÆ  
COGNATIS IN SUSCIPENDA  
TUTELA CURAVE QVOAD AL-  
LODUM ET FEUDUM,  
INDULTU

MAGNIFICÆ FACULTATIS JURIDICÆ  
*SUB PRÆSIDIO*

DN. LÜDERI MENCKENII,  
PHIL. & J. U. D. SUPR. CUR. PROV. LIPS.  
ASSESSORIS, UT ET MINORIS PRINCIP.  
COLL. COLLEGIATI,

Dn. PATRONI ATQVE PRÆCEPTO-  
RIS SUI ÆTATEM DEVENERANDI,

i5 H. L. Q. C.

Calendis Julii Anno M. DC. XCVII.


ventilabit

A. & R.

MICHAEL THOMASIUS,

LIPSIENSIS.

LIPSIAE, LITERIS GOEZIANIS.



36.

**FLORENTISSIMÆ REIPUBLICÆ  
LIPSIENSIS**

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CON-  
SULTISSIMIS, PRUDENTISSIMISQUE

**D O M I N I S  
C O N S U L I B U S,  
P R O - C O N S U L I B U S,  
Æ D I L I B U S,  
A S S E S S O R I B U S,**

**P A T R O N I S A C P R O M O T O R I B U S  
S U I S O P T I M I S M A X I M I S  
T E N U E S H A S C E S T U D I O R U M  
P R I M I T I A S**

DE VOTA MENTE


ET A M I C U S C O M P A T I C U L A R I

CUM VOTO

**P R O S P E R R I M I R E G I M I N I S**

*humillime offert*

**M I C H A E L T H O M A S I U S.**



## CONSPECTUS DISPUTATIONIS.

**I**ntroitum excipit Dispositio Thematis *Th. 1.* cui subjicitur Rubri Interpretatio, & quidem, quid denotetur per Prærogativam *tb. 2.* Agnatos *tb. 3.* Cognatos *tb. 4.* per suscipiendam Tutelam vel Curam *tb. 5.* per Allodium & Feudum *tb. 6.* explicatur. Hinc ad *Jus Justinianeum* fit transitus, idque est vel *Vetus* vel *Novum*, *Vetus* Agnatis Tutelam defert, Cognatosque ab ea excludit, sub Agnatis vero etiam comprehenduntur fratres adoptivi. *tb. 7.* Defertur Tutela Agnatis (1) & volentibus & invitis, nisi ex justa causa se excusent. *tb. 8.* (2) sive sint proximi sive ulteriores Agnati in tutelam succedentes. *tb. 9.* (3) sive sint singuli, sive plures in eodem gradu concurrentes. *tb. 10.* (4) sive Agnati eidem cum pupillo sive diversæ jurisdictioni subjecti sint. *tb. 11.* (5) quamvis Magistratus de facto alium det tutorem, modo legitimus pro excusato haberi nequeat. *tb. 12.* (6) licet Parentes prohibuerint Agnatos esse tutores. *tb. 13.* Agnati (7) ultra decimum gradum sint constituti. *tb. 14.* Vicissim non defertur Agnatis proximis Tutela quando (1) eam suscipere impediuntur, ut muti & surdi nec non minores, *tb. 15.* vel prohibentur, ut Agnati Creditores aut Debitores pupillorum. *tb. 16.* (2) jus agnationis, adeoque etiam facultatem suscipiendi tutelam hanc legitimam secundum *Jus Civile vetus*, licet emancipatione, saltem, amiserunt. *tb. 17.* Hactenus de Legitima Tutela Agnatorum, iisdem defertur Cura Legitima furiosorum & prodigorum. *tb. 18.* non minorum, id quod secundum *Jus Imperii nostri* etiam hodie locum habere deducitur *tb. 19.* Post Veteris Juris Justinianei commemorationem recensetur *Jus Novum*, quo sublata est Agnatorum Cognatorumque differentia in successione, tutela & cura. *tb. 20.* A Jure Justinaneo ad *Jus Commune Feudale* pervenitur, quo Agnatis etiam annumerantur emancipati. *tb. 21.* & Cura Legitima in minoribus quoque locum habet. *tb. 22.* Admitetur autem ad Tu-

telam Curamque Agnati (1) non tantum Collaterales, sed etiam Ascendentes, & quidem ita, ut hi illos excludant. *tb. 23.* (2) sic ut Agnati Domino Feudi præferantur, Cognati vero regulariter ne quidem in subsidium Tutelam hanc Curamve gerant. *tb. 24.* (3) sive sint Agnati ex uno sive ex utroque latere Pupillo Minorive juncti. *tb. 25.* (4) eo ordine ut proximiores Agnati excludant remotiores, plures verò in eodem gradu & jure succedendi existentes sint quodammodo pares, nisi in feudis primogenituræ locus sit. *tb. 26.* (5) sive Agnati sint in propinquuo sive remoto quovis gradu constituti, quia in feudum etiam succedunt in infinitum. *tb. 27.* ea, quæ huic sententiæ obstant, resolvuntur *tb. 28.* Quoties idem pupillus bona feudalia & allodialia possidet, diversisque personis spes succedendi in eadem competit, quid observandum sit explicatur *tb. 29.* *A Jure Communi Feudali ad Jus Saxonum transitur, coque constituitur Regula:* Agnati in suscipienda tutela cognatis sunt potiores, Cognati tamen, si defecerint Agnati, ad eam admittuntur. *tb. 30.* Inter plures vero Agnatos Senior præfertur tam in Alladio quam Feudo, etiamsi sit emancipatus. *tb. 31.* sed requiritur in Agnatis spes succedendi, iisque ad tutelam compelli possunt in infinitum, modò Collaterales ratione feudorum etiam impetraverint simultaneam investitaram. *tb. 32.* Et quidem apud Saxones Agnati sunt Cognatis potiores, (1) licet Agnatus remotior tutelam subeat, eò quod proximior est imperfectæ ætatis. *tb. 33.* interim non excludit frater germanus pupilli fratrem consangvineum, & præfertur ex iis senior, quodsi verò Tutela Cognatis deferatur, habenda est duplicis vinculi ratio. *tb. 34.* (2) adeò ut Agnati aliique simultaneè investiti Dominum feudi etiam excludant. *tb. 35.* *Cura furiosorum & prodigorum Legitima quoque Agnatis defertur, nec non minorum in feudo, non alladio.* *tb. 36.* nihilominus Mater & Avia in tutela Curave Agnatis præfertur. *tb. 37.*

L.B.S.



# L. B. S.

**H**aud exiguæ utilitatis & jucunditatis res est, in Studio Juris Theoriæ & Præxeos cum grām conjunxisse, siquidem illa prima cujusvis materiae fundamenta conquirit, &, quid Legislatores, Consuetudines Jctique veteres de eadem determinaverint responderintve, rimatur; hæc autem, quantum proslit intellexisse Jurium sancita, investigat forique usum cum placitis veterum confert, ut, quid hodie in dirimendis causarum fatis ex diversitate Principiorum Romani Germanicique Juris fluat diversi, colligatur, expendatur, eruatur. Itaque in seligendo Themate, quod Publico Specimine absolverem, occupato mihi non peritura visa est opera, quam præsenti impenderem instituto, quod est Prærogativam Agnatorum præ Cognatis in subeunda Tutela Curave quoad Allodium Feudumque, rudi licet penicillo, delineare, quò sit expeditius in quibus Jura Communia, sive Justiniane sive Feudalia, cum Saxonicis hac in parte conspirent, aut ab iis divortium faciant. Præcipue verò in utilissima Feudalis Tutelæ materia exutienda non fore solitudinem hanc inanem certa mihi perswasit fiducia, quam peperit quotidianus hujus Legitimæ Tutelæ Curæque usus. Tuum erit L. B. eo affectu, quo ausus haud improbandos illorum, qui in Themidos studio pro virili desudant, prosequeris, me quoque, quamvis immertem, complecti, animumque ad portum veritatis contendenti addere, quem cùm sine Numinis auxilio attingere non liceat, à Te, DEUS OPTIME, opem imbecillitati meæ supplex expeto polliceorque.

**A**d ipsam Tractationem Thematis præsentis perventurus eo mihi Ordine videor commodissime incessurus, ut (i) Rubri significatum

tum exponam, (2) de Jure communi i.e. Civili Justiniane & Feudali agam, (3) ad Jus Saxonum in specie transeam, præcipue expli-  
cando ea, quæ antea minus commode ex Jure Saxonico immisceri  
potuerunt, faxit DEUS feliciter!

Th. II.

*Circa Rubrum* igitur, quod loquitur de Prærogativa Agnato-  
rum præ Cognatis in suscipienda Tutela vel Cura Legitima quoad Al-  
Iodium & Feudum, primum est indicandum, quid sub nomine Præ-  
rogative continetur. Scilicet jus quoddam singulare per prærogati-  
vam exprimitur. a.l. 6. §. 4. l.f. §. 25. ff. de mun. & hon. Cic. Accusat.  
in Verr. act. 2. vi cuius Agnati Cognatis potiore jure fruuntur, id  
quod vel ita contingit, ut Cognati simul ad tutelam Curamve legi-  
timam vocentur, sed ab Agnatis, ob jura eorundem potiora, exclu-  
dantur. a. N. 118. c. 3. §. 1. vel eo modo ut Agnatis solis Tutela Cu-  
rave deferatur, Cognatis non item. Prius apud Saxones accidit,  
Agnatis Cognatos postponentes. LandR, L. I. art. 23. (a) Posterius  
Communi Juri Feudorum congruit, quod regulariter nullam Co-  
gnationis rationem habet, solosque Agnatos judicat Tutelæ Curæve  
legitimæ capaces, a. II. F. n. 31. 26. §. Titius filios. j. l. 1. ff. de legit. tut.  
§. un. I. de leg. Patron. tut. (b)

(a) CARPZOV. P. 2. C. II. D. II. n. t. (b) ROSENTHAL. de feud.  
Cap. 6. Concl. 40. n. 10. j. Dn. Stryck. de Succ. ab intest. Diss.  
3. cap. 2. th. 9.

Th. III.

*Agnatorum appellatio b. l. Cognatos per virilis sexus cognatio-*  
*nem conjunctos exprimit. §. 1. 3. de leg. Agn. tut. l. 7. ff. de leg. tut. l. 4.*  
*§. 2. ff. de grad. etiamsi Agnatio constituta sit per Agnationem ci-*  
*vilem ut Adoptionem, d. l. cum enim legitima tutela iis deferatur,*  
*qui ad legitimam hæreditatem admitti possunt, l. 1. ff. de leg. tut. ado-*  
*ptivos autem ad legitimam hæreditatem eorum, quibus Pater ipso-*  
*rum fuit Agnatus, vocati constet. l. 2. §. 3. ff. de suis & legitim. her.*  
*sub Agnatorum nomine iidem continebuntur. a. l. 73. ff. de R. I. mo-*  
*dò id ex Jure Feudali limites, quia illud adoptivos, etiam filios, à suc-*  
*cessione feudi, per consequens à Tutela, excludit. II. F. 26. §. adopti-*  
*vus. Præterea monendum est, quod, quamvis foeminini sexus per-*  
*sona, ut Amita, à censu Agnatorum haud eliminetur. a. l. 2.*  
§. 2. ff.

§. 2. ff. unde legitimi. §. 1. I. d. legit. agnat. tut. (a) hic loci tamen de solis masculis sermo sit, cum sequior lexus à virili munere tutelat excludatur. l. 10. ff. de legit. tut. l. 73. ff. de R. I. j. l. f. ff. d. tutq. (b) Patriter, licet emancipatione agnatio & ipsum successionis commodum intereat. l. 1. ff. unde legit. l. 11. ff. de suis & legit. hær. adeoque etiam legitima tutela secundum Jus Civile intercidat, §. 4. J. quib. mod. tut. fin. l. 3. §. 9. l. 5. §. f. ff. de legitim. tut. nihilominus Jure Feudali & Saxonico, tam successionis emolumenitum quam tutelam legitimam agnatorum emancipatis esse salvam, ambigendum non est, siquidem haec Jura Familiam & Agnationem in lato sensu capiant, quo familia dicitur omnium Agnatorum, qui ex eadem domo & gente prognati sunt. a. l. 195. §. 2. ff. de V. S. II. F. 11. 26. §. Titius filios. *Laud R. l. 1. a. 23.* (c)

(a) *Cujac. ad Jul. Paul. recept. sentent. l. 4. t. 8. pr.* (b) *Conf. BAL. Dlls l. 5. Conf. 473. n. 3. Cravetta Conf. 180. n. 1.* (c) *ZOBEL. Diff. Jur. Civ. & Sax. diff. 12. n. 2.*

#### Th. IV.

*Cognati* denotant in lato sensu eos, qui communie nascendi initium habent, sive naturale sive legale. a. l. 10. §. 1. ff. de grad. l. 4. §. 2. ff. eod. l. 1. §. 4. ff. unde Cognati. In sensu autem stricto Cognatos, qui per foemini sexus personas nobis junguntur Agnatisque opponuntur. §. 1. I. de legitim. Agn. tut. l. 10. §. 2. ff. de grad. (a) atque hic significatus Cognatorum specialis est praesentis instituti.

(a) *HUBER. Digress. Justin. Part. 2. lib. 1. c. 22.* Th. V.

Per suscipiendam Tutelam Legitimam vel Curam significatur facultas & necessitas gerendi Tutelam Curamve, quæ à lege Agnato proximo defertur. l. 1. l. 5. l. 3. ff. de legit. tut. §. 3. J. de Curat. ubi Tutela principaliter ad impiuberum tuitionem §. 1. I. de tut. l. 14. ff. de testam. tut. Cura vero ad bonorum administrationem, præcipue furiosorum & prodigorum, pertinet. §. 3. I. de Curat. l. 5. C. de Curat. furios. l. 13. l. 1. ff. eod. j. l. 12. §. 2. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. (a) J. tb. XXII.

(a) *HUBER. digress. Justin. P. 1. l. 3. c. 18.*

#### Th. VI.

Sub Allodii vocabulo hoc loco indicatur patrimonium quod sine fideli-

fidelitatis vinculo possidetur, feudoque opponitur. II. F. 26. §. 1. 17.  
48. 51. §. 4. j. I. f. 25. Erb- und eigenthümliches Guth. Hunc significatum declarat Jus Sax. LandR. I. I. a. 5. verb. Mit welchem Guth der Mann erftirbt/das heift alles Erbe/es sey denn Lehen/(a) Allodial - Guth appellatur Cap. Leop. art. 27. Quamvis autem illud à nemine recognoscatur ratione liberioris, quām quæ in feudis vasallo indulgetur, II. Feud.  
55. 39. dispositionis & administrationis, non tamen incognitum est Allodia Superioritati Dominorum Territorii subesse Magistratumque Jurisdictioni subjacere, ac proinde verba, commemorantia recognitionem ab alio in allodio deficere, ita sunt temperanda, ut gradum libertatis saltem exprimant, licentiam vero circumscriptam administrandi & disponendi, (b) ut & prædia emphyteuticaria, quibus tribui solet nomen der Erblehn - Güther/ non excludant. Verum Feudi vocabulum ipsam rem feudalem designat I. F. 4. ein Lehen - Guth/ sive illud sit proprium sive improprium, modò non gaudeant Agnati Cognati in feudo improprio pari jure succedendi, & Tutelam vel Curam amplectendi. (c)

(a) CUJAC. l. 8. obs. 14. j. SCHILT. ad π. Ex. 16. tb. 56. (b) STRUV. S. f. F. c. II. a. II. n. 1. (c) ROSENTH. de Feud. c. 12. concl. 10. n. 29.

Explicata Rubri significacione ad Jus Commune accedo, &, cum sub eo tam Jus Justinianeum quām Feudale comprehendatur, Justinianum primo loco consideratum eo. Hoc autem vel Vetus est, ex LL. XII. Tabb. natum, studiosè Agnatos Cognatosque discernens. I. i. ff. de legit. tut. vel Navum Agnatos Cognatosque exæquans. Nov. 118. c. 5. Interim Veteris Juris dispositionem eò exactius perpendisse expedit, quōd frequentius hodie argumenta ex eodem Tutelæ Agnatorum Feudali Saxonicaeque applicantur, quamvis Legitimæ etiam Tutelæ hodie Confirmatio Magistratus accedat. R. I. de anno 1577. t. 32. §. 2. (a) Scilicet Legitima Tutela Lege XII. Tabb. Agnatis delata est, ea providentia: ut qui sperarent successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur. I. i. ff. de legit. tut. seu, quemadmodum loquitur §. un. I. de leg. Patr. tut. ut, ubi successionis est emolumentum, ibi etiam tutelæ onus esset, Agnatis igitur imponebatur tutela, quoniam illis quoque tributa erat à lege intestati successio. I. 2. pr. §. 2. ff. de

ff. de suis & legit. hær. Quamvis autem l. i. ff. de legitim. tut. Agnatis Consangvineos jtingat, & jus sangvinis ad cognatos & fœminas quoque pertineat. a. l. 23. ff. de adopt. l. i. l. 3. C. de legit. hær. non tamen laxior interpretatio vocabuli Consangvineorum d. l. convenit, quam quæ in legitima successione ab intestato, tanquam fonte hujus Tutelæ, usurpatur, ubi fratres sororesque ex eodem Patre nati natæque sub hoc nomine exprimuntur. §. i. 3. I. de legit. Agn. Success. l. i. §. 9. 10. l. 2. ff. de suis & legitim. hær. (b) licet per fictionem adoptionis tales sint d. l. §. f. Ex his Consangvineis vero Sorores manifesta Tutelæ natura & ratio arcet. §. un. I. de leg. Patr. tut. expressa, & per Consangvineos Cognatos in specie, Agnatis oppositos, haudquaquam significari §. i. I. de leg. agn. success. inculcat. Minus obstaculum parit l. 73. ff. d. R. I. quæ argumentum hoc à spe successionis desumtum invertit, dum ait: quod Tutela redit, eò hæreditas pervenit, siquidem salva res est, sive afferas *υτερολογιας* quandam commissam esse, quam expresserunt Græci per verba: ὅπερ κληρονομία, οὐκέτι καὶ ἐπιλεγπή, (c) sive indicatum putes Tutelæ incommode sentientes commodo hæreditario dignos censi ut, qui incommodo subjiciuntur, commodi etiam participes reddantur. fac. l. 13. §. i. ff. **Commod.** Cæterum Adoptivos Fratres à Tutela haud excludi d. l. i. satis convenire videtur, ob generalitatem regulæ in eadem constitutæ, Tutela defertur illi, qui ad legitimam hæreditatem vocari potest, ad legitimam hereditatem vero vocatus est frater adoptivus l. i. §. f. ff. de suis & leg. hered. adeoque ipse ad Tutelam inhabilis haud est judicandus. (d) Quam opinionem scrupulus ex l. 51. §. f. ff. de leg. 2. objectus non convellit, ubi adoptando quis consequi nequit, ut liberos habere censeatur. Nam in deferenda hæreditate legitima adoptivus consangvinitatis jure gaudet cum his, qui sunt in familia, d. l. i. §. f. atque ita fictio veritatem imitatur. a. l. i. ff. de **Adopt.** proinde Adoptivus quoque Tutelam legitimam suscipere tenetur. §. un. I. de leg. Patr. tut. Verum allegata l. 51. de eo casu tractat, quo is, cui tertia pars relicta est in tempus liberorum, adoptando tertiam partem nancisci cupit, quod eidem nequaquam permittitur; cum in fraudem voluntatis testatoris illorumque, quibus tertia hæc pars, deficientibus legatarii liberis, debetur, adoptio suscipiatur. a. l. 127. ff. de Leg. i. j. §. 3. I. de legat. a. l. 55. 109. ff. de Cond. & Demonst,

B

(a) CAR-

(a) GARPZOK. ad Jur. Fœm. sing. Dec. 2. Pos. t. n. 13. (b) GOTHOFR.  
ad l. 1. ff. de leg. tut. m. (c) WESSEMB. ad Tit. de R. I. Disp.  
n. in d. l. 73. n. 1. (d) Cons. VAL. FORSTER. de Success.  
l. 5. c. 6. n. 12. j. DION. GOTHOFRED. ad l. 1. ff. legit. tut.  
lit. n.

Th. VIII.

Cum Agnatis imponi Legitimam Tutelam ea cum prerogativa,  
ut excludantur Cognati l. 6. C. de leg. tut. traditum sit, ad istius Re-  
gulae Ampliationes perveniendum. Itaque Ampliatio I. est, quod Agna-  
ti non tantum volentes, verum etiam inviti, Cognatis præferantur  
& humeros oneri Tutelæ submittere cogantur: atque hoc apparet ex  
natura præsentis muneris publici; quandoquidem illud necessario obi-  
mus lege sic imperante. l. 214. ff. de V.S. l. 1. ff. de administr. tut. pr. I.  
de excus. Tut. vel Curat. quippe quod lex XII. Tabb. defert imme-  
diate. l. 5. ff. de legitim. tut. detrectare igitur hi tutores legitimi offi-  
cium nequeunt, nisi ex justa causa sese excusent. a. Nov. 118. c. 5.  
verb. hoc autem. l. 4. C. de legit. tut. l. 3. §. 8. ff. cod. l. 30. §. 2. l. 2. §. 5.  
l. 20. ff. de excus. l. 9. C. qui dar. Tut. vel Cur. Quamvis verò  
Cujacius (a) malit abdicationem admittere in legitimis Tutoribus,  
quam excusationem, aut hanc ad tempus suscepitam tantum ferre:  
a. l. 10. §. 7. ff. de excusat. cum legitimi ipso jure fiant tutores. l. 5. ff.  
d. leg. tut. attamen, in supra citatis textibus toties adhibitum excu-  
sationis vocabulum, ab omni nota & imputatione eximet cum le-  
ge loqui haud dubitantes. Dativos Tutores excusari largitur §. 16. I.  
de excusat. at interposito decreto, quo injungitur tutela, eos quo-  
que ipso jure tutores esse antequam excusentur ex l. 31. ff. d. excu-  
sat. constat; unde onus delatum ipso jure excusationem haud  
excludet, nam munus Tutelæ, qui se excusat, declinatum it, nulla-  
que hac in parte intercedit diversitas, utrum illud ipso jure, an facto  
hominis intercedente, imponatur. Quodsi autem hereditatis spe-  
adimere excusationem tibi persuadeas, non saltem leges supra com-  
memoratae, contrarium evincent, sed etiam incertam successionem  
cum certo onere conferentes facile deprehendent nimium fore ri-  
gorem, si, omni excusatione neglecta, Agnati difficultatibus defens-  
sionis, & administrationis immergantur, quibus eos levari æquitas &  
ipsa pupillorum salus sæpe desiderat. Fateor tamen iniquitatis haud  
illico arguendum esse Magistratum, qui difficilior est in admitten-

-RAD(e)

B

dis

disAgnatorum, quām extraneorum, excusationibus, cūm hi nihil ad  
se pertinentibus pupillis, sēpe gravi cūm incommodo suo, præaci-  
antur, citra omnē lucri emolumentive fiduciam. (d) Atque hanc  
excusandi licentiam legitimis tutoribus observantia quoque vindi-  
cat, & Const. El. Sax. in Erörterung der Landes-Gebrechen  
d. Anno 1609. pars 8. verb. Wofern auch zum achten die Blutsverwand-  
ten / welche sich des commodi successionis zu getrostet / zur Admini-  
stration tüchtig / und keine solche Excusationes, so die Rechte für-  
gnugsam achten / fürzuschützen / sollen dieselben die Wormundschaft  
auf sich zunehmen angehalten / und andere extraneæ personæ darmis  
nicht beschweret werden.

(a) CUIJAC. in not. ad Ulpian. tit. 12. verb. qui. Id. ad l. 13. ff. de excusat. (b) BACHOV. ad Trentl. Vol. 2. D. 8. th. 3. lit. f. verb. non prohibentur. VINN. ad §. 16. I. de Excus. tut. n. 4. MYNSING. ad eundum lit. c.

(c) Non tantum proximi Agnati suscipientes Tutelam secundum Jus  
Vetus Cognatos excludunt, sed etiam II. qui proximis Agnatis remotio-  
res sunt, quoties isti in tutelam succedunt. Veluti cum contingit ex A-  
gnatis eum, cui delata est Tutela, mori vel capite minui. l. 3. §. 9. ff. de  
legitim. tut. id quod de maxima, media minimaq; capitis deminutio-  
ne intelligendum est, quoniam postrema quoque Legitimam Tutelam  
extinguit. d. l. §. 4. I. quib. mod. tut. fin. j. l. 8. ff. de publ. in rem aet.  
Nec ratio Juris hodie alijud de arrogato Tutore afferi jubet, quando ipse  
veteri Familiæ eximitur, aliiq; inseritur. a. l. 27. C. de Testam. (a) Nudæ  
Emancipationi verò apud Saxones idem effectus tribui nequit, eò,  
quod illi Agnationem ex Familiæ identitate metiuntur, &, num omnes  
eiusdem patriæ potestati subsant, nec ne, solicite haud curant. a. LR. l.  
l. a. 23. ceu in thesi 3. indicatum est.

(a) SCHOEPE F. ad d. t. de cap. min. §. 4. j. DN. KULPIS de  
adopt. & emancipat. Princ. tb. 16. 51.

## Th. X.

Gaudent autem Agnati hac Prærogativa Jure Veteri, quod Tute-  
lam Legitimam suscipiunt, sed Cognati non item, sive III. Agnatos spe-  
Etes singulos, sive plures in eodem gradu concurrentes, hic enim, quemad-  
modum pari successione jure ita etiam tutelæ fruuntur. S. f. I. de cas. de

min. l. i. §. 4. ff. de suis & legit. hered. Nihilominus sic temperatus est concursus iste Agnatorum in eodem Gradu constitutorum, ut non saltem Jure Digestorum quoque uni Tutela decerni potuerit, quò so-  
lus administraret, veluti cum contingit aliquos esse absentes. l. s. §.  
2. ff. de legitim. tut. verum etiam Agnatis Cognatisque exæquatis in  
Nov. 18. c. 5. cautum sit, ut, si plures, eundem cognationis gradum  
habentes, ad Tutelam vocarentur, iisdem communiter convenien-  
tibus apud judicem, cui hujus partis solicitude est, unus aut plures,  
quot ad gubernationem substantiae sufficiunt, ex iis eligerentur, illis-  
que denunciaretur per eum vel ipsos minoris res gubernandas esse,  
Tutelæ periculo omnibus imminentे, qui ad Tutelam vocati sunt,  
(a) quod apud Saxones, relictæ hodieque Agnatis præ Cognatis præ-  
rogativa & Seniore ex pluribus Agnatis tantum admisso, aliter obti-  
nere. a. Land. l. i. a. 23. infcta plenius deducere animus est. Cæte-  
rum quoties ex pluribus Agnatis, aut Jure Novo Cognatis, certi eli-  
guntur, & confirmantur tutores, periculum Tutelæ reliquis non-  
imminere, secundum Jus Hodiernum defendit Brunnemannus. (b)

(a) CHRISTIN. Vol. 3. Dec. 147. n. 9. HUBER. in prælect. ad π. t. de  
legit. tut. pos. 4. (b) BRUNNEM. ad l. i. C. de leg. tut.  
num. 6.

## Th. XI.

Agnatorum, saepe commemoratum, Jus Tutelam Legitimam sub-  
eundi Cognatosque excludendi secundum Juris Veteris tenorem obti-  
net IV. etiamsi Agnatus alii, quam cui Pupillus subjicitur, Jurisdi-  
ctioni subdit. Licet enim extra territorium imperanti impune non pa-  
reatur. l. f. ff. de jurisdic. & Tutor Domicilium, ubi nominatus, non  
habens, à Magistratu loci illius dari prohibetur. l. s. C. qui dar. tut.  
vel Curat. poss. lex tamen, quæ de Dativo Tute loquitur, non sta-  
tim ad Legitimum Tute rem transferenda est, quippe qui ab ipsa le-  
ge fit nec dari censetur. l. s. ff. de legit. tut. ac proinde Agnatus po-  
tius autoritate legis quam Magistratus ejus Domicilii, quod Pupil-  
lus habet, Tutela onerari creditur. (a) Sed quia Agnati alieno  
subjecti foro haud raro id agunt, ut, patrimonio Pupillorum sen-  
sim ad suum domicilii forum translato, simul Jurisdictioni Magistra-  
tus pupillorum se, quoad Tutelam quoque, subducant, rationumque  
redditionis exactionem difficultorem reddant, ea translatio nonnul-  
lis

lis in locis non nisi catione præstata permitti solet. (b) Id quod dis-  
positum Jure Sax. Elect. in Res Grav. de Anno 1609. gr. 7. hisce verbis  
notatu dignis: Nun sind wir zwar denen legitimis Tutoribus die im  
Rechten ihnen aufgetragene Administration entziehen zu lassen nicht  
gemeinet / damit aber gleichwohl auch denen Pupillis oder ihren Er-  
ben / so ihnen ab intestato succediren möchten / hierunter gerathen  
werden möchte / soll in Zukunft wider des Magistratus Willen / dem  
Vormunde / so in einem andern Orte sein Domicilium hat / ohne genug-  
same Caution nicht allein nichts abgesolget / sondern er auch in loco  
Administrationis jederzeit seiner Verwaltung halber Rede und Ant-  
wort zu geben verpflichtet seyn.

(a) BRUNN. ad l. 5. ff. de legit. tut. RICHT. Decis. 12. n. 10. seqq.

(b) Id. d. l. n. 12.

## Th. XII.

Potior Agnatorum in Tutela suscipienda conditio , quam cognato-  
rum , locum invenit V. quamvis de facto Dativus Tutor Constitutus sit.  
Nam tutorem habenti tutor dari nequit. §. 5. I. de Curat. Pupillus  
vero , qui Agnatum habet ad Tutelam idoneum. a. l. 10. §. 1. ff. de le-  
git. tut. Tutorem habere putatur , quippe cum ipsa lex Agnatum Tu-  
torem fecerit , l. 5. ff. de legit. tut. itaque illi pupillo tutor alius dari  
nequit l. 9. C. qui dari tut. a. l. 27. ff. de testam. tut. l. 10. ff. de tut. &  
Curat. dat. Quodsi autem probabili excusatione Agnatus munitus  
sit , & tacite expresseve in factam Tutoris Dativi Constitutionem con-  
senserit , aliud sentiendum puto , ita ut hic sit instar renunciantis illi  
agnationis juri. a. l. 29. C. de Pact. & in perpetuum excusati. d. l. 9. a.  
l. 12. ff. de excusat. Quin enim Agnatus excusatus instar deficientis ,  
qui dativo tutori locum aperiat , habendus sit ambigendum non  
est , siquidem cum effectu plenissimo delata non est Tutela excusa-  
tione ab eadem liberato. a. l. 3. §. 8. ff. de legitim. tut. d. l. 9. j. l. 112. ff. de  
R. I. (a) Licet vero multa fieri prohibeantur , quæ , si facta fuerint ,  
obtineant roboris firmitatem. c. 16. X. de regular. & transeunt. ad re-  
lig. non tamen illud ad præsentem casum , quo datio tutoris exi-  
stente legitimo Tutore vitio nullitatis laborat , trahendum est , id  
quod luculenter expressit l. 9. C. qui dar. tut. quippe quæ Patruo le-  
gitimo pupilli Tutori constituto nulloque Privilegio excusato , si quis  
alius datus fuerit pupillis Tutor , eundem ex memorata datione haud

tenari doceat, Administrationisq; necessitatem ad legitimum Tutorem  
pertinere ostendit. Si idem ad Agnatum, qui consentiens citra q;  
errorem ex justa causa præteritus est, applicandum esse duxeris, tam  
rationes supra recensitæ repugnabunt, quæm judicatum apud Rich-  
terum c. l. obstat. Pro contraria autem sententia nihil facit l. 10. ff.  
de tut. & cur. dat. quandoquidem ea casum respicit, quo per erro-  
rem petitus est Tutor Tutorem habenti, & absente Tutore, Tutor quasi  
non habenti datus, quam dationem nullius esse momenti, quia in  
petitione Tutoris erratum, evincit. d. l. 10. j. d. l. 9. l. 15. ff. de jurisd.  
hic loci autem de consentiente Agnato & à Magistratu ex justa causa  
excusato præteritove agitur. Quod si igitur Agnatus nulla probabili  
causa apparente, ex qua excusetur, aut, tanquam minus idoneus, præ-  
tereatur, ob merum consensum ipsius, aut susceptam ab eo detrectatio-  
nem illegitimam tutelæ, oneratus non sit, aliusq; à Magistratu datus  
Tutor, non video, quomodo sustineri posfit datio, siquidem Juri Pu-  
blico privati renunciatio non præjudicat. a. l. 38. ff. de paet. ex falsa  
causa excusatus pro non liberato à Tutela habetur. l. un. C. si tut. vel  
curat. fals. excus. alleg. & Judicis factum Juri derogare nequit. l. 1. §. 1.  
ff. de fer. l. 9. C. qui dar. tut. j. l. 155. de R. I. (c) ad modum  
iii. (a) BARTHOLO. L. i. Conf. 145. n. 4. RICHT. dec. 12. n. 12. ubi præ-  
jud. BACHOV. V. 2. D. 9. tb. 1. l. c. verb. quo casu. (b) BAR-  
THOL. l. c. (c) SCHRAD. de feud. part. 10. sect. 19. n. 75.  
seqq.

### Th. XIII.

Dabitur Agnatis Jure Veteri Tutela Cognatiæ ab ea excludun-  
tur, si vel maxime VI. Parentes prohibuerint Agnatos esse Tutores. E-  
quidem potissimum esse Patris in definiendo Tutele arbitrium volue-  
re jura, quæ Tutelam legitimam cessare jusserunt, quamdiu testamen-  
taria spectatur. l. u. ff. de testam. tut. j. l. 40. ff. de adm. & peric. tut.  
ea vero dispositio adeò extendenda non est, ut quælibet meraq; pro-  
hibitio paterna, Tutores legitimos, testamentariis Tutoribus deficien-  
tibus vocatos, arceat à tutela intuitu commodi successionis delata. l. 1.  
ff. de leg. tut. nam Jura quæsita nemini auferenda sunt citra actum à Ju-  
re probatum. l. 62. ff. de paet. a. l. 11. ff. de R. I. & Pater personæ de-  
nominatione, tanquam judicio certo, Liberis de Tutela prospicere de-  
bet. §. 27. l. de leg. cuius vice sola ejus prohibitio esse nequit. a. l. 8. §.  
17. ff.

ff. de transact. Huic fundamento accedit argumentum à Mater-  
na Tutela petitum, quam non voluntate nuda Patris, sed illius electio-  
ne, scil. Tutelæ personam certam definiente, sibi permisit N. 118. c. 5.  
(a) Quamvis verò Agnatorum affectum materno cedere amori lar-  
giar, Agnatis tamen arbitrio legis, non hominis, delata Tutela solo  
arbitrari Patris impediri nequit. a. N. 22. c. 33. Adversus quam sen-  
tentiam scrupulus, haud mediocriter urgens, enascitur ex l. 27. §. 2. ff.  
de tut. vel Curat. dat. quippe quæ haud obscurè eidem contradicere  
primo intuitu videtur, dum ait, eum qui à Parentibus prohibitus est Tu-  
tor esse, & creari non debere, &, si creatus est, nec recusaverit, pro-  
hibendum, quo minus Tutor fiat. Interim, non de legitima sed da-  
tiva Tutela legem istam loqui, colligitur partim ex vocabulo Crea-  
tionis dativæ, non legitimæ, Tutelæ omnino conveniente. a. l. 28, §. 2.  
C. de adm. tut. & Curat. legitimus enim tutor à lege fit, non creatur. l. 5.  
ff. de legit. tut. partim ex vocabulo Parentum utriusque Sexus Pa-  
rente complectente, l. 51. ff. de V. S. unde addita in d. l. verba: ma-  
nente epitimia interpretationem recipiunt ex l. un. C. si contr. mat.  
volunt. tut. dat. sit. ubi salva existimatione tutor, contra ultimam  
voluntatem matris datus, à Tutela abire dicitur, modò de fraude  
convictus non sit. (b) Nec deest ratio diversitatis inter Legitimum  
& Dativum Tutorem intercedens, cum enim à Parente prohibetur  
Tutelam suscipere Tutor legitimus, jus Tutelæ à lege delatum ei-  
dem extorquetur, verùm, quando certa persona arcetur à Tutela  
arbitrio Magistratus imponenda, electionis objectum saltem quo-  
dammodo restringitur, ne fiat contra voluntatem Parentis, qui non  
temere, sed arduis motus causis, à Tutela quenquam exclusisse præ-  
sumitur. a. l. 10. ff. de confirmand. tut.

(a) Conf. CARPZOV. de Jur. Fæm. sing. Dec. 2. pos. 1. n. 20. seq.  
HEIG. Part. 2. q. 13. n. 24. RITTERSH. ad N. P. 8. c. 9. n. 14.  
DISS. BACHOV. V. 2. D. 8. th. 3. l. a. (b) v. CUFAC. ad  
d. l. un.

#### Th. XIV.

Agnati denique ad Tutelam legitimam vocantur, Cognatosque  
secundum Jus Vetus excludunt, licet VII. ultra Decimum Gradum con-  
stituti sint. Magna quidem Doctorum concio hanc Tutelam ad suc-  
cessionis terminum, quem decimum Gradum haud egredi putat, re-  
stringit

Stringit. a. §. f. I. de success. cognator. (a) attamen rectius mihi sentire  
videtur, qui tam Tutelam quam Successionem Agnatorum in infinitum producendam esse contendunt: (b) Leges enim XII. Tabb. detulerunt legitimam Tutelam iis, qui ad legitimam Hereditatem admitti possunt. l. 1. ff. de legit. tut. Si igitur evicero, & Jure Civili veteri & novo eam Successionem ultra decimum Gradum in infinitum porrigi, prono inde fluet alveo Tutelam quoque Agnatis citra Gradus, intra quem sistatur, determinationem deferri. Hujus opinionis causam quasi egisse videtur Ulpianus in l. 2. §. 1. ff. de suis & legit. hered. qui Agnatos dixit virilis sexus Cognatos ab eodem ortos, &, post suos Consanguineosque, proximum esse Consanguinei Filium &c. ac deinde ceteros, si qui sunt hinc orti, in infinitum. Quod si de nominis interpretatione, non tribuenda Successione, JCTum egisse putas, materia substrata repugnat, & generalitas Legis XII. Tabb. si quis intestatus moritur, cui suus Heres non erit, proximus Agnatus familiam habeto. Atque hoc, quod Ulpianus d. l. indicatum ivit verbis in infinitum, non una vice Justinianus Imperator per Gradum longissimum explicavit. §. 1. I. de servil. cognat. §. 3. I. de legit. Agnat. success. Idem corroborant Theodosius & Valentinianus Imperatores in l. un. C. unde vir & uxor. Maritum & Uxorem ab intestato ad Successionem vocantes, quoties deficit omnis Parentum Liberorumve s. Propinquorum legitima vel naturalis Successio. Quibus tandem accedit rotunda & generalis Dispositio Nov. ug. c. 3. §. 1. omnibus à latere Cognatis Successionem largiens secundum uniuscujusq; gradus prærogativam. Ex tot igitur textibus colligitur solida §. f. I. de legitim. cognat. success. resolutio: quando enim illic admitti quis dicitur Agnationis Jure ad Hereditatem, etsi decimo Gradu sit, non definitur terminari in hoc Gradu Successionem, sed is exprimitur casus, qui infreuenter accidit, eò quod, cum ad Gradum tam remotum perventum est, facile sollet deficere vel ipsa Agnatio, imprimis Jure veteri ob emancipationum frequentiam, vel Agnationis Probatio. Quo telo simul conficitur inanis eorum metus, qui successionem ex Edicto unde Vir & Uxor omni propemodum utilitate, sententia, quam defendo, admissa, caritoram esse censem, cum enim privati minimam haud raro consignandi stemmatis sui curam gerant, agnatio frequenter, at illius probatio frequentissime deficit. Ut taceam pactis dotalibus

libus Statutisque specialibus Conjugum Successionem ita plerumque determinari, ut Subsidio hoc Prætorio non æque ac olim sit opus.

(a) BARTHOL. ad Auth. in Successione. C. de legit. hered. num. 3.  
GAIL. l. 2. O. 150. n. 1. HILLIG. ad Donell. l. 9. c. 4. l. q. CO-  
LER. dec. 53. n. 1. CARPZ. p. 3. C. 18. def. ult. SCHRAD. de  
Feud. part. 10. sect. 19. n. 44. (b) Conf. TREUTL. Vol. 2. Diss.  
8. th. 3. L. b. j. VALENT. FORSTER. de success. L. 3. c. 10. n. 1.  
segg. DN. STRYCK. de success. ab intest. Diss. 3. c. 1. §. 29. Diss.  
4. c. 1. §. 4. GUDELIN. de Jure Nov. L. 2. c. 15. verb. sciendum.  
STRUW. Synt. J. C. Exercit. 38. th. 36. ANT. PERETZ ad C.  
t. de legitim. hered. n. 10.

## Th. XV.

Nunc ad Limitationes Regulæ, quæ Agnatos proximos Jure Veteri ad Tutelam vocat, excluditque Cognatos, perveniendum est, ex quibus Prima est, modò Agnati ad Tutelam suscipiendam idonei sint, i. e. nec impediti nec prohibiti. Hinc mutos & surdos nec legitimos Tutores esse posse, Hermogenianus in l. 10. §. 1. ff. de legitim. tut. docuit, idemque de minore sentiendum, cum ipse ad Legitimam Tutelam non vocetur, quia incivile est eum, qui alieno auxilio in rebus suis egere noscitur, & ab alio regitur, alterius tutelam suscipere. §. 13. I. de Excus. Tut. l. f. C. de legitim. tut. Inabilitas igitur minoris efficit, ut ad Agnatum, qui habilis est, tutelæ munus transeat. a. l. 10. ff. de tut. leg. aut, Agnatis deficientibus, dativo Tutori sit locus, cuius, si ve Legitimi sive Dativi Tutoris, Tutela perpetua est, i. e. minore hoc majore facto non exspirat. a. dd. ll. (a) Olim enim Minoris Agnato deferebatur Tutela, & , quamdiu ipse intra minorenitatis annos constitutus erat, interim dabatur Curator, qui vicariam quasi administrationem subiret, donec impedimentum ætatis in minore cessaret. l. 10. §. 7. ff. de excus. Quoniam vero alieno, minoris scilicet, onere aliis, videlicet Curator datus, prægravabatur, idemque minor Tutor erat & sub Cura ipse hærebat, Justinianus haud ferendum id esse duxit, minoresque à necessitate se excusandi, (v. g. ob morbum fonticum perpetuumque. a. l. 12. ff. de excusat. similemve causam) absolvit, iis ad Tutelam accedere prohibitis. d. l. f. j. §. 13. I. de excus. tur. (b) Atque sic non saltem satisfit Vinnio, erroris gravissimi Tribonianum accusanti ad d. §. 13. (c) sed etiam appareat, quid de Di-

C

stinctione

Distinctione inter minorenitatem Tutoris legitimi ante pupilli majoritatem finiendam, quo casu minorem admittunt ad Tutelam, vel non, ubi eum à Tutela suscipienda removent. a. l. 10. §. 7. ff. de excusat. existimandum sit. (d) Siquidem Jus Novissimum Justiniani, minores simpliciter à Tutela legitima arcens, eandem distinctionem ignorat. d. l. f. sine lege autem loqui & distingvere erubescimus. a. N. 18. c. 1. l. 8. ff. de publ. in rem act.

(a) BRUNN. ad l. f. C. de leg. tut. n. 3. (b) HIBER. Digress. Justin. l. 3. c. 24. (c) VENN. ad d. §. verb. minores. (d) SCHNEIDER. DEVV. ad §. un. I. de fiduc. tut. n. 6.

### Th. XVI.

Ob Legis Prohibitionem à Tutela arcentur Agnati, qui sunt Pupillorum Creditores aut Debitores. Admittebantur quidem illi ad Tutelam jure Veteri, ceu ex l. 8. C. qui dar. tut. vel cur. poss. & l. 7. C. de Excus. tut. & cur. constat, ita ut ne quidem à debito creditore excusatio petita attenderetur. d. l. 7. Posteaquam verò Jure Novellarum creditor huic debitorive ad Tutelam accessio denegata est, vel si à legibus vocaretur, N. 72. c. 1. j. prefat. it. N. 94. pref. Dec. Elect. 34. ut evitarentur insidiæ substantiæ pupillari noxiæ, nec qui datus esset Tutor hostis inveniretur pupilli. d. N. 6. 3. agnationis jus validam satis opinionem haud parit ad justum detrimenti metum excutiendum, maximè cum in Matre & Avia materna saltem constituta exceptio Regulam prohibitivam in casu non excepto confimet. N. 94. c. 1. j. a. l. 12. §. 43. ff. de instruct. l. instrum. leg. (a)

(a) Conf. FINCKELTH. obs. 25. n. 12. seq. RITTERSH. ad Nov. Part. 8. c. 3. n. 9. 10. 11.

### Th. XVII.

Secundam Limitationem suppeditat Agnati Emancipatio, post quam ad Tutelam legitimam non admittitur. l. 2. C. de legitim. Tut. Cum enim emancipatus secundum Jura Civilia Agnatione exciderit, imò istam, quam suscepit tanquam Agnatus, Tutelam perdat. §. 4. 3. quib. mod. Tut. fin. multò magis cundem ab initio ab hac Tutela arceri par est. Nec obstat, quod fratrem emancipatum, cui lex salvum esse voluit successionis commodum, eadem sub prætextu Capitis diminutionis noluit ab onere Tutelæ relevare, quandoquidem Tutela tunc, quasi minimè Patris potestate per jus emancipationis relaxato,

laxato, imponitur. l. 4. C. de legit. Tut. j. §. un. I. de fiduc. Tut. adeoque fictio Juris quoad Tutelam ipsum pro non emancipato habet, quandoquidem olim etiam Anastasiana Emancipatio ea cum restrictione impetrari potuit, ut legitima jura per emancipationem haud extingverentur, ac proinde hereditatum. Tutelarumque jura intacta servarentur. l. 11. C. de leg. hered. Nihilominus ab ista limitatione secundum Nov. 118. c. 5. recedi, quoties Agnatus simul Cognatus est proximus, ex iis, quæ infra commemorabuntur Th. XX. patescet.

### Th. XVIII.

Quæ hactenus dicta sunt de Legitima Agnatorum Tutela applicari queunt ad Curam ipsorum quoties id fieri jubet rationis parsitas. (a) Verum notabilis in eo intercedit diversitas, quod non aequa late pateat Agnatorum Cura legitima atque Tutela. Cum enim minores testamentum similemve ultimam Voluntatem condere, atque sic hereditates aliis, quam Agnatis, relinquere possint. l. 4. C. qui testam. fac. poss. nimis onerosum foret ad eos legitimæ Tutelæ onus necessarium devolvi. a. l. 1. ff. de legit. Tut. Unde Justinianus non minores sed furiosos & prodigos in Curatione Agnatorum esse ex Lege XII. Tabb. docet. §. 3. l. de Curat. notissimum enim est utrosque testamentifactione destitui, adeoque probabilem hanc spem successionis ad Agnatos derivare onus Curationis. a. d. l. 1. (b) Et hoc quidem de Furiosis satis certum est ex verbis LL. XII. Tabb. (c) si furiosus existat, Agnatorum Gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto. De prodigis idem asserendum juxta d. §. 3. cum iis Lege XII. Tabb. bonorum suorum administratione interdici testetur Ulpianus l. 1. ff. de Curat. furios. qui enim neque tempus neque finem expensarum habent, sed bona sua dilacerando & dissipando profundunt, his Curator dandus est. d. l. si quidem, quod ad bona ipsorum attinet, furiosum faciunt exitum. l. 12. §. 2. de Tut. & Curat. His igitur bonis interdicebatur declaratoria Judicis sententia, cuius formulam sequentem à Prætore adhibitam recenset Julius Paulus recept. sent. l. 3. t. 4. Quando tua Bona Paterna Avitaque nequitia tua disperdis liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. (d) Cum enim quæstio, an quis sit prodigus, facti sit, dum circumstantiae concurrentes afficiunt, quod in uno liberalitatis & virtutis exemplum

continet , in alio prodigalitatis notam haud effugiat , sententia , quæ prodigalitatem declarat , opus est , ex quo fit , ut ipsa qualitas prodigi haud raro explicetur per eum , cui bonis interdictum est , atque decreto subsecuto demum pro civiliter prodigo quis habeatur . a. l. 40. ff. de R. I. l. 10. l. 15. l. 16. §. 1. ff de Curat. furios. l. 18. ff. ff. qui testam. fac. poss. l. 1. ff. de Curat. furios. l. 27. ff. de minoribus . (e)

(a) SCHRAD. de Feud. Part. 10. Sect. 19. n. 148. (b) HUBER. Di-  
gress. Justin. l. 3. c. 18. (c) CICERO l. 2. de Inventione. (d) CLU-  
JAC. ad Paul. c. l. (e) ANTH. FABER. in C. l. 5. t. 38. d. un.  
n. 5. seq. CARPZOV. P. 3. C. 6. d. 10. HUBER. in Prælect. ad  
Inst. t. de Curat. pos. 3. SCHNEIDVV. ad §. 3. l. de Curat. n. 8.

Th. XIX.

Hic loci non incommode queritur : Num Jure Imperii nostri Agnatis Cura Legitima Minorum deferatur ? Ubi rationem ambigen-  
di præbet , quod (1) hodiè minoribus non saltem volentibus , sed in-  
vitis etiam , Curator constituitur , atque hinc Cura minoribus æque  
ac Tutela pupillis necessariò & regulariter consulitur , Ord. Pol. Imp.  
d. A. 1577. tit. 32. §. 1. non tum demum , quando minor se imparem  
negotiis administrandis esse deprehendit . j. l. 3. C. de in integr. restit.  
min. (2) Curae officium cum ipsa Tutela ita cohæret , ut ratissimè  
eveniat aliud Tutoris aliumque Curatoris munus subire , (a) & (3)  
generalibus utitur verbis Ord. Pol. Imp. d. t. 32. §. 1. quæ sub vocabulo  
Vormundschafft Curam comprehendere , & tandem dativæ Curae lo-  
cum tunc relinquere videtur , quando Legitimus omnino deest , per  
verba : Dass denen Unmündigen Vormünder und Vorsteher gegeben  
werden sollen / daferne ihre angebohrne Freunde und Verwandten sich  
der Vormundschafft aus rechtmäßigen Ursachen nicht unterziehen  
wolten / oder darzu untüchtig und ungeschickt wären . Quo minus au-  
tem Agnatos quoque ad Legitimam minorum Curam , ob probabi-  
lem Successionis fiduciam subeundam , teneri pütet , impedit Testa-  
menti , quam in superioribus adduxi , faciendi licentia iphis salva , &  
deficiens novi Juris , quod contrarium legitimè introduxerit , disposi-  
tio , proinde Legitimam Curam sine Lege statuere , & in abrogatio-  
nem haud probatam consentire , periculosest esse duco . a. l. 27. C.  
de Testam. N. 18. c. 5. (b) Neque movent me allegatae rationes , qui-  
pe quibus satisfieri potest , si ad primum fundamentum regeras , di-  
versa esse minorum ex necessitate , non suo arbitratu , Curatorem

1551.



recipere, & Agnatos Curatores minorum ex necessitate Juris fieri, illud in recensito textu disponitur, sed non hoc, quandoquidem certiore Agnatis succedendi spe Jure Novo haud tributa, quamquam olim obtinuit, legitimæ quoque Curæ ratio vacillat. a. l. r. ff. de leg. tut. §. 3.  
J. de Curat. Secundi vis Argumenti in Tutela cum Cura moribus cohærente consistebat. Verum hoc positum, sed non concessum, Regula, quæ Legitimam esse Pupillorum Tutelam, non minorum Curam, tradit, haud tolleretur, sed ita limitaretur, nisi Agnatus, posteaquam Tutelam Legitimam gesit, Curam eidem necessariò cohærentem, quoque suscipere cogatur. At ne hoc quidem presuppositum, quod necessarius sit Tutorii & Curatorii munera nexus, juxta mores Germaniae, largior, cum non pauci Dd. volente tute continuari Curam, non ipso invito, evincant. a. §. 18. I. de Excus. Tut. j. l. s. §. 5. ff. de admin. Tut. l. 27. C. Testam. (c) eaque sententia, ne administrantes diuturnitate munera nimis defatigentur, æqua est. a. l. 20. C. de neg. gest. (d) id quod agnoscere quoque videtur Dr. Schilterus, (e) qui duritiem contrariae opinionis emolliendam esse credit per extensionem causatum excusationis & earundem faciliorem admissionem. Itaque, nisi specialem doceas locorum quortundam contrariam confitudinem aut legem, hodieque cum, qui Tutor fuit, à Cura se validè excusare, plerumque tamen ab iisdem personis Tutelam & Curam administrari, puto, ita ut non opus sit novo confirmationis decreto ad Curam continuandam. a. d. R. I. d. A. 1577. tit. 32. §. 1. 2. j. L. s. §. 5. ff. de Admin. Tut. Tertia Ratio, à vocabulo Vormundschafft/ Tutelæ & Curæ convenienter, petita erat; sed ipse textus haud obscurè c. l. distingvit, quia necessariam constitutionem Curatoris proprio vocabulo Vorsteher indicat, posteaque, cum de legitima Tutela tractat, verbum Vormundschafft adhibet, quod omnino commodè ad solam Tutelam applicatur, ipsa materia substrata istud desiderante. a. l. 67. ff. de R. I. nisi æquali jure semper vocem Vormund/ de Tutela impuberum loquentem, ad Curam esse trahendam, non sine absurditate, statuere velis, siquidem vocabuli generalitas respectum ad speciem ex materia, de qua agitur, judicandam haudquaquam excludit. a. l. 1. ff. de R. C. & Jure Novo haud desit penitus Tutelæ Curæque differentia. (g)

- (a) COLER. Dec. 6. n. 16. (b) CARPZOV. L. 4. Resp. 61. n. 7. seqq.  
(c) PHILIPP. II. Pract. Inst. l. 1. Eccl. 92. CARPZOV. P. 2.



C. u. def. 10. GAIL. L. 2. O. 96. n. 6. (d) v. *Judicium' DN.*  
*STRAUCHII apud SCHILT. Exercit. ad n. 37. th. 81. (e)*  
*SCHILT. cit. l. §. 82. (f) v. Id. th. 79. j. RICHT. Dec. 13. n. f.*  
*(g) HOPP. ad §. 2. J. de Curat. in Ius hodierno.*

Th. XX.

Hæc de Jure Veteri, cuius ingens est in materia Tutelarum, Curarumque feudalium utilitas. (a) Nunc ad *Jus Novum* convertor, quod in Nov. 118. c. 4. 5. traditum est. Isto autem magna contigit Juri Veteris mutatio, non enim tantum fundamentum Tutelæ & Curæ legitimæ Conversum, Successio scil. sed etiam dependens ab ea legitimæ Tutelæ Curæve delatio, nempe in N. 118. c. 4. constitutum, ut in omnibus successionibus Agnatorum Cognatorumque differentia vacaret, omnesque secundum proprium Cognitionis gradum, ad Cognatorum successionem ab intestato venirent; in d. N. c. 5. verò cautum est ut unusquisque, secundum gradum & ordinem quo ad hæreditatem vocatur, aut solus aut cum aliis (j. dicta th. X.) etiam functionem Tutelæ susciperet, nulla in hac parte differentia introducenda de Agnatorum & Cognatorum jure, sed omnibus similiiter ad Tutelam vocandis, quique ex masculorum quique ex foeminarum prole descendunt minori conjuncti, dummodo sint masculi & perfectæ ætatis & nulla lege prohibeantur Tutelam suscipere, neque excusatione sibi nete competente utantur. Conf. Ord. Pol. Francof. d. A. 1577. t. 32. §. 1. Da ihre angebohrne Freunde und Verwandten sich der Vormundschaft aus rechtmäßigen Ursachen nicht unterstellen wolten/oder darzu untauglich und ungeschickt wären. Ea dispositione Novellæ sicuti Successio insignem mutationem passa est, ita desit, per consequentiam liquido indicatam, Agnatorum jus excludingendi Cognatos à Tutela Curave legitima, (a) adeoque Agnati post emancipationem æque sunt atque ante illam ad hanc Tutelam aut Curam idonei. a. d. N. 118. 4. j. th. 3. & cum Cognatus Proximior. e. g. Avunculus, adest Patrui filium, tanquam remotiorem Agnatum, in ordine successionis & in legitima Tutela aut Cura suscipienda, excludit. (b) Pari ratione Patri, qui emancipationem filii impuberis fecit, tanquam Cognato proximo, legitima ejus Tutela defertur, idemque de Avo Paterno, sive Nepotem suum impuberem emancipaverit, sive eum apud nos, instituta peculiari œconomia, nunquam in sua

sua potestate habuerit, obtinet, propter Jus Cognationis, quod Avum maternum juxta successionis seriem, ex eodem fundamento, ad Tutelam vocat. d. N. c. 5. (c)

(a) SCHRAD. de Feud. Part. 10. Sect. 19. n. 147. MENOCH. d. A.

I. Q. l. 2. Cent. 1. cas. 150. n. 35. (b) GOTHOFR. ad Schneidvv.

I. de leg. Agnat. Tut. n. 11. lit. c. j. RITTERSH. ad Nov. Part.

8. c. 1. n. 10. BRUNN. ad l. 1. C. de legitim. tut. n. 3. FUCHS.

Concl. Pract. lit. T. Concl. 4n. n. 31. seq. (c) v. HOPP. ad §.

un. I. de legit. Parent. Tut. in usu hodi. MEV, P. 3. Dec. 262.

Th. XXI.

De Jure Communi Justinianeo hæc sufficiant, jam Tractationis Ordo ad Jus Commune Feudale deducit. Jure Feudali autem Agnatos dici, qui ex eadem domo & gente proditi sunt, nec emancipatione jus Agnationis extingvi, th. 3. commemoratum est, cuius sententia ratio nunc inquirenda venit. Scilicet Feuda Vasallis regulariter pro se & pro iis, qui per masculos ab ipsis descendunt, conceduntur. n. F. 31. Familiaque splendori atque utilitati inserviunt fac. II. F. 11. Cum igitur in latiore atque communiore significatu Familia dicatur omnium Agnatorum, et si singuli singulas familias habeant, l. 195. §. 2. ff. d. V. S. (a) contra jure proprio familia denotet plures personas, quæ sunt sub unius Patrisfamilias potestate aut natura aut jure subjectæ. d. §. 2. communior & naturalis illa familiæ significatio potius, quam propria & civilis, assumenda erit, præcipue cum Germanorum usus communem significatum vocis familiæ recepisse videatur. a. Land R. l. 1. a. 23. (b) & aliæ quoque Jus Feudale non tam ad fictiones Juris Civilis, quam sangvinis & Agnationis naturalis virtutem, respiciat. Unde Adoptivos, tanquam Agnatos, ad successionem in Feudis haud admittit. II. F. 26. §. Adoptivos, licet hi satis certo successionis jure ab intestato, secundum Jus Civile, fruantur. §. 2. I. de Adopt. l. 1. §. f. ff. de suis & leg. her. accedit, quod ipsum Jus Civile emancipatos recte fideicommissum familiæ relictum petere decrevit, ad eoque latiorum hunc sensum probavit in l. 69. §. f. ff. de leg. 2. Quam sententiam non evertit argumentum deductum ex II. F. 1. ubi Legisperitus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine Feudi non sit.

com



comprehensus, uti jubetur lege scripta. Nam, quia latior strictiorque  
familiae significatio Juri Civili conuenit, recte uti creditur lege scri-  
pta, qui latum famosumque familiae sensum, Feudorum indoli opti-  
mè conuenientem, eligit, cumque stricto familiae significatiū præfert.

a. l. 67. ff. d. R. I.

(a) GOEDD. ad l. 195. §. 2. ff. de V. S. n. 6. (b) j. SCHILT. ad π.  
Ex. II. tb. 5.

Th. XXII.

Quamvis autem secundū Jus Justinianum latius multò pateat  
Tutela, quām Cura Legitima, a. §. 3. f. de Curat. v. tb. 18. quominus  
tamen idem hodiē in Feudis obtineat, impedit & Curæ minorum ne-  
cessitas. a. Ord. Pol. Imp. de A. 1577. tit. 32. §. 1. & manifesta diversita-  
tis ratio, nempe prohibita de Feudo testandi licentia. Cum igitur  
nulla ordinatio defuncti in Feudo maneat, vel valeat. I. f. 8. certa  
hæc spes emolumenti Successionis certum quoque injungit Curæ o-  
nus. a. l. 1. ff. de legit. tut. j. l. 10. ff. de R. f. (a) accedit, quod non am-  
plius in arbitrio minorum sit, an Curatorem accipere velint, nec ne-  
ut olim. §. 2. f. de Curat. l. 3. C. de in integr. restit. min. adeoque  
nulla cause cognitio exigatur, qua determinetur, num ipsi Curato-  
rum auxilio regendi sint. d. Ord. Pol. §. 1. j. §. 4. f. de Curat. Scilicet  
ad Curæ Legitimæ Constitutionem duo requiri videntur, (1) tale  
administrationis impedimentum ex quo, nullo vel saltem merè decla-  
ratorio præcedente decreto, constet Curatoris operam esse penitus  
necessariam. a. §. 3. f. de Curat. (2) Certa emolumenti Successio-  
nis spes ex deficiente Testamentifactione flens. a. d. §. quæ requisi-  
ta separanda non sunt, sed conjungenda, siquidem in minoribus im-  
becillitas ætatis dudum pro vitio, incapacitatē administrandi infe-  
rente, agnita est. d. Ord. Pol. Imp. nihilominus Cura minorum è da-  
tiva facta non est legitima, quia minoribus Testamentifactio activa  
de allodio omnino relicta, qua nullo negotio ab intestato alias suc-  
cessuri à Successione removeri queunt. a. l. 4. C. qui testam. fac. poss.  
vicissim probabilis succedendi fiducia sola ad Curam Legitimam prō-  
dueendam est inefficax, alias enim Cura mutorum & surdorum, natu-  
ra yel casu talium, quando hi scribere nequeunt. a. l. 10. C. qui testam.  
fac. poss. ad Agnatos quoque deferretur, tanquam cōrum certos Suc-  
cessores.

cessores, in quibus tamen dativæ non legitimæ Curæ relinqui locum, ex §. 4. *J. de Curat.* constat. (b) Dativa enim Cura constituitur officio Magistratus omnibus, qui rebus suis superesse nequeunt. *I. 12. ff. de Cur. furios.* & quibus legis dispositio de certo Curatore haud prospexit ob incertitudinem, utrum patrimonio suo administrando personæ sufficiantur essent, nec ne, id quod prudenti Judicis cognitione prævia demum definiendum est. Ita hi, qui sunt in confinio furoris & sanæ mentis, blöde Leute / item perpetuo morbo laborantes, quandoque bonorum administrationi sufficiunt, quandoque verò ad eam inepti deprehenduntur. *fac. l. 6. C. de Cur. furios.* & surdi nec non muti intelligentes negotia, quæ vitia illa haud remorantur, confidere queunt. *I. 48. ff. de O. & A.* sæpe tamen Curatorum opera adjuvandi sunt. *d. §. 4. I. de Cur.* Itaque, cum certum legitimæ Curæ onus Agnatis lex decernere noluerit in allodialibus bonis quoties incertum, sua quis an aliena regi queat prudentia, idque per diligenter indagationem cognoscendum est, præterea per Curam alienam sublevandis testamentifactionem activam adimi plus æquo rigoris complecti visum fuerit. *fac. l. 3. C. de testam.* utraque tamen hæc ratio Curæ dativæ in vasallis minoribus casset, quippe quos novi Juris dispositio Curæ necessariæ subjicit. *d. Ord. Pol.* & Jus Feudale à testamentifactione de Feudo exclusit. *I. f. 8.* nihil invenio quod prohibeat Agnatis onus Curæ legitimæ minorum imponi, quibus commodum succedendi delatum est. *a. l. 1. ff. de leg. Tut.* Superest dubium, quod removeatur, natum ex *l. 52. C. de Episc. & Cler.* ubi Episcopi expertes esse dicuntur non solum Tutelæ sed etiam Curæ, & non solum minorum & pupillorum verùm etiam furiosi & muti & surdi aliquarumque personarum. Nam eximunt eum, quem citata verba pererunt, scrupulum quæ immediate subsequuntur: quibus Tutores vel Curatores à veteribus legibus dantur, siquidem illa ostendunt Personis antea recensitis vel Tutores vel Curatores esse, disjunctive scilicet, non verò omnibus & singulis Curatores à lege constitutos. *fac. l. 3. §. 1. ff. de Tutel. j. l. 67. ff. d. R. I.*

(a) Conf. DURANDUS *Specul. Jur. L. 1. P. 3. §. cum autem 5. n. 2.*

STRYCK. *Exam. Jur. Feudal. c. 7. q. 27.* HOPP. *ad §. 3. f. de*

*Curat. verb. in Curatione. Diff. SCHRAD. de Feud. Part. 10.*

*Sect. 19. n. 144. ROSENTH. de Feud. c. 12. Concl. 10. n. 48.*

D

(b) BARTH.



(b) BARTH. ad l. 3. §. in Curatoribus. ff. de postuland. n. 1. HÜBER.  
in Praelet. ad l. t. d. Curat. pos. 7. SCHNEIDVV. ad s. 3. I.  
de Curat. n. u. SCHRAD. de Feud. Part. 10. Sect. 19. n. 145.  
verbo : tertio.

### Th. XXIII.

Dum igitur Agnatis Tutelam Curamve legitimam in Feudalibus bonis deberi Cognatosque ab isto jure regulariter excludi, ostensum, ad istius Regulae ulteriore explicationem perveniendum. Inter Ampliationes Prima est, quod etiam Ascendentes ab hoc jure Tutelæ & Curæ legitimæ haud removeantur, tanquam Agnati ex latere venientibus potiores. Nam inter Ascendentes & descendentes intercedit quoque quedam Agnatio. a. l. 12. ff. de suis & legit. hered. cuius intuitu deferri possit, urgente linea proximitate, hæc Tutela vel Curæ ; accedit , quod multò vehementior affectus in Ascendentibus quam in Collateralibus Agnatis præsumatur. a. l. 7. C. de Curat. furios. ipsamque matrem in feudis etiam Agnatis ob affectus plenitudinem præferendam esse ex a. N. 118. c. 5. haud improbabiliter assertatur. (a) Quoniam igitur Pater Emancipator Jure sexus & Agnationis matrem excludere potest, multò magis Agnatos Collaterales à Tutela Curave legitima removebit, nam qui vincit Matrem, Agnatos ex latere venientes vincentem, potiore jure obtinebit adversus Agnatos per lineam obliquam conjunctos, matrique postpositos. a. N. 118. c. 5. l. 14. §. 3. ff. de divers. & temp. præscript. c. 7. de præbend. in 6. (b) Contra recensitam verò opinionem nonnihil dubii incidit, desumptum à denegata Parentibus in feudum descendantium successione, quod corroborat textus II. Feud. 50. siquidem docet successionis feudi tales esse naturam, ut Ascendentes non succedant, idemque investituræ intentioni verbisque convenire solet, quippe quæ pro Valfallo ejusque legitimis descendantibus masculis conceditur. II. F. 11. 31. At omnibus Ascendentibus omnem successionem in feudum denegari casuum, qui accident, varietas prohibet, quoniam Pater in utilitatem filii feudum refutare potest, ita ut in eventum mortis ejus jus recuperandi feudum sibi reservet a. II. F. 14. nec non in feudo novo specialiter pacto rectè efficitur ut Patri tribuatur successio. a. II. F. 84. præterea , concurrente quo-

quodam Agnationis & plenissimo affectionis vinculo, licet effe-  
ctus successionis deficiat non tamen illico legitima hæc Tutela vel  
Cura exprabit. Quis enim nescit amoris magnitudinem, quæ in  
matre præsumitur, maternæ Tutelæ, si voluerit ea, reliquise locum;  
Patris emancipatoris effectum si imparem matris propensioni esse  
dixeris, in Paternam Pietatem injurius eris, ergo paternæ dilectio-  
nis non minor erit quam maternæ effectus, istam verò legitimæ Tu-  
telæ dedit ansam, in superioribus jam commemoratum est. Suf-  
ficit igitur spem succedendi in Parentibus non semper deficere, affe-  
ctusque amplitudinem, quod deest successionis commodo, supplere.  
*a. l. 7. C. d. Curat. furiosi*. cum in Agnatis sæpe etiam eveniat ut spes  
successionis tantis sit exposita remoris, ut eam potius inanem quam  
opimam expectationem referre pateat, unde Agnati ne quidem re-  
nunciando successioni onera ejusdem intuitu à lege imposta decli-  
nare queunt. *a. l. 62. ff. de Paet.* (d) ista enim non à fructu successio-  
nis, sed quæsita spe emolumenti, remota licet, dependent. *a. l. 1. ff.*  
*de leg. Tut.* renunciatio igitur in fraudem legis, cum imminet onus,  
facta inutilis est. *a. l. 29. ff. de leg.*

(a) *BERLICH. Dec. 273. n. 18. ubi præjud. n. 19. LUD. SCHRA-  
DER. de Feud. Part. 10. Sect. 19. n. 26. ROSENTH. de Feud.  
c. 12. concl. 10. n. 25. Diff. HEIG. P. 2. qu. 13. n. 41.* (b) *v. ex-  
cusatio à legitimæ Parentis Cura apud DN. KULPIS. d.  
Adopt. & Emancip. Princ. in Append. n. 7. Conf. SCHRADER.  
c. l. n. 29. 41. 42. 152. j. BALDIUS V. 5. Conf. 84. DECIUS  
Conf. 188. n. 1.* (c) *v. STRUV. S. I. F. c. 9. a. 3. n. 1. seqq.*

## Th. XXIV.

Agnatis autem Jus excludendi Cognatos à Tutela Curave Feudali  
ea cum Prærogativa concessum est II. ut etiam Domino Feudi potiores  
sint, Cognati verò adhanc Tutelam atque Curam legitimam regulariter  
ne quidem in subsidium admittantur. Quoniam enim spes Succes-  
sionis præcipuum continet argumentum, ex quo Agnatis Tutela de-  
fertur, & Dominus Feudi omnibus Agnatis, à primo acquirente legi-  
timè descendantibus, proximam Feudi Successionem ejusque speratae  
effectum legitimum præstare tenetur. *a. II. F. ii. 31. l. 5. C. de O. & A.*

frustra, qui fidem Agnatis debet; Jus Prælationis in Tutela vel Cura, cum Successione sit posterior, prætendet, a. I. f. 24, præcipue, quia ejus Successio consolidationi, quam propriæ Successioni, est propinquior. d. text. l. 56. ff. de usufr. §. 1. J. eod. & Dominus Feudi utile, dominium à directo separatum, in eventum, quo alii concessum non est, Jure proprio recuperare videtur. d. text. I. F. 24. a. l. 25. ff. de probat. (a) Præterea Cognatos ne quidem in subsidium regulariter ad Legitimam Tutelam Curamve vocari monitum. Licet enim Jus Civile Novum Cognatos Agnatis in Successione, Tutela & Cura exæquaverit. Nov. 118. c. 5. eadem tamen Constitutio ad Jus Feudale transferri nequit, in quo familiæ identitas, atque ab ea dependens Agnatio, utramque facit paginam, Cognatis verò commodum successionis non tribuitur, II. F. 11. adeoque nec illius intuitu onus Tutelæ vel Curæ imponitur. a. §. un. I. de legit. Patr. tut. quod secus est in iis feudis in quibus deficientibus Agnatis ad Cognatos successionis emolumenntum transit, siquidem eos tum quoque tutela vel cura in subsidium onerari par est. d. §. un. l. 1. ff. de leg. tut.

(a) SCHRAD. d. Feud. Part. 10. sect. 19. n. 59. (b) id. n. 62. SALICET. ad l. 1. G. de legit. tut. n. 2. j. ROSENTH. de Feud. a. 12. concl. 10. n. 29.

Th. XXV.

Defertur Agnatis Tutela vel Cura Feudalis III. sive sint ex uno siue ex utroque latere pupillo minorive juncti. Itaque Consanguineus Frater Germano potior non erit, siquidem sola hic spectanda est Agnatio, non cognatio. a. l. f. §. 6. ff. de Grad. II. F. 11. (a) &, quamvis alias duplex vinculum fortius liget quam simplex. a. §. 2. J. de Adopt. intelligendum tamen illud est de vinculo non inani, sed efficaci ad deferendam successionem illiusque intuitu Tutelam. a. II. F. 11. Cum igitur ab eadem matre descendisse nihil ad largiendum successionis emolumenntum prospicit, solum vinculum paternum respicietur, ansamque conferendo Tutelæ aut Curæ oneri dabit. Pariter primi acquirentis Agnati ex pacto successionem sperantes, non erunt à Tutela Curaque Legitima, ob spem Successionis, immunes. a. l. 1. ff. de leg. tut. j. II. F. 12. (b)

(a) CHRISTIN. ad ll. municip. Mechlin. t. 16. art. 10. num. 6.

GAIL.

**GAIL.** l. 2. O. 151. **ZASIUS** in usu feud. p. 8. n. 82. **CARP-**  
**ZOV.** P. 3. C. 29. Def. 4. **STRYCK.** de success. ab intest. diss. 3.  
c. 2. §. 7. **ROSENTHAL.** d. Feud. c. 12. Concl. 10. num. 32. (b)  
**SCHRAD.** de Feud. Part. 10. sect. 19. n. 65.

### Th. XXVI.

*Pluribus Agnatis inter se Concurrentibus iisdem feudalis successio & Tutela Curaque defertur ita ut IV. proximior excludat remotionem, & plures in eodem gradu & jure succedendi existentes credantur esse pares. §. f. I. de cap. demin. (a) id quod, ceu th. 10. monitum, postea sic temperatum est, ut saepe non omnibus, sed quibusdam, decerneretur administratio. a. Nov. 118. c. 5. atque hoc in feudis quoque attendi permittit ratio petita ab experientia, quæ docet administrationem bonorum communem plerumque negligi contentionibusq; viam aperire. a. l. 2. C. quando & quib. quart. part. l. 77. §. 20. ff. de leg. 2. Annon verò in iis Feudis, in quibus Primogenitura Jus obtinet, Senior Agnatus reliquis, licet in eodem gradu constitutis sit, æque in Tutela & Cura præferendus ac in successione, inquisisse expedit. Quamvis autem singulare Jus Primogeniturae, quod in successione introductum ad dignitatem familiarum tuendam, divisionem vires attenuantem evitandam & subditorum territorii salutem promovendam, in feudis majoribus. e. g. Principatibus. a. II. F. 55. §. r. verb. præterea. ad Tutelam vel Curam non videatur pertinere; at tamen ratio juris & æquitas, illuc Tutelæ vel Curæ onus devolvens ubi successionis emolumenatum deprehendit. §. un. I. de leg. Patron. Tut. l. 5. C. de Curat. furios. l. 73. ff. de R. I. etiam feudis, quæ primogenituram receperunt, optime convenit, idque ex Electoratum secularium exemplo confirmatur: in his enim Filius Primogeniti Senior, Tutor & Administrator determinatus, quoniam non ad omnes fratres, sed seniorem ex iis, primogeniti successio quoque perventura esset, munusque Tutelæ aut Curæ ab uno potius, quam multis, subiri plerumque salutare est. a. N. 118. c. 5. (b)*

(a) **SCHRAD.** de Feud. Part. 10. Sect. 19. n. 39. (b) **MYLER.** de Stat.

Imp. l. 1. c. 29. n. 12. j- DN. SVVEDER. Introduct. ad Jus  
Publ. Part. Special, Sect. 2. cap. 3. §. 11. **SCHRAD.** cit. l.  
126.



Th. XXVII.

Admittuntur verò Agnati ad Tutelam Curamque feudalem non  
saltēm usque ad septimum decimumve gradum, sed etiam in infinitum. a. I. F. 1. §. 4. II. f. 31. j. d. l. 1. ff. de leg. Tut. cum ita quoque  
ab ipsis succedendum esse putem. (a) Evidem ex Dd. alii Cognatos  
usque ad septimum gradum saltēm succedere contendunt, licet feu-  
dum sit antiquum. a. I. F. 8. §. hoc quoque. alii distingvunt, utrum  
feudum à primo acquirente in ipsius descendentes transmissum postea-  
que ad Collaterales devolutum sit, atque tum jus succedendi in in-  
finitum admittunt. II. F. 31. 1. F. 1. §. 4. quam sententiam pro recepta  
in Camera Imperii agnoscant; an verò feudum, primo acquirente  
sine descendantibus mortuo, ad Collaterales ex pacto pervenerit, ubi  
terminum successionis in septimo gradu figunt. I. F. 8. §. hoc quoque.  
(c) Quo minus tamen eam successionis feudalis ad gradum certum  
determinationem agnoscam, impedit interpretatio contraria textu-  
um feudalium, ex compilatione Juris feudalis nata & Historiæ con-  
grua. Nempe quia feudales consuetudines autoritatem ex receptio-  
ne habent, privatorumque opera in scripturam per vices redactæ  
sunt, vix evenire aliter potuit, quām ut ea, quæ & diversitate tem-  
porum eruenda sunt, obscuritate aliqua laborarent, quovis compi-  
latore ad mores sui ævi, tanquam novissimos, respiciente. Igitur  
eam facti speciem, quam I. F. 8. §. hoc quoque. recensitam inveni-  
mus, non oportebat ad specialitatem trahi, sed è pleniore feudalis  
Historiæ commemoratione I. F. 1. §. 4. tradita suppleri. Illud enim  
verba antecedentia & consequentia texus I. F. 8. desiderant nota spe-  
cialitatis destituta, siquidem generalis de successione tractandi inten-  
tio verbis initialibus Tituli: sequitur de successione Feudi videre. indica-  
tur, per subjectam filiorum & filiarum considerationem stabilitur, circa  
finem verò decidendo, qua ratione vi pacti filia succedit in feudum,  
corroboratur. Quousq; autem successio in Feudum locum habeat ex-  
equitur §. 1. hoc quoque. duplicein juris mutationem recensens, cui ter-  
tiam ex I. F. 1. §. 4. adjici convenit. Scilicet antiquissimo tempore  
Domini rem in feudum datam, quandoconque voluerunt, auferre  
potuerunt, adeoque instar precarii ista concessio fuit. a. l. 1. ff. de  
precario. j. I. F. 1. §. 1. postea firma esse cœpit, sed per annum saltēm  
valuit, feudi concessio, deinde statutum est, ut Jus feudi usque ad vi-

tam

tam fidelis produceretur; hactenus nulla erat in feendum successio. Postea in filio eo, in quo Dominus volebat, confirmabatur feudum, tandemque ad omnes filios æqualiter devolvebatur. *d. text. I. F. 1. §.* quod cum deinde ad nepotes produceretur. *I. F. 1. §. 2.* denique in infinitum descendantium successio admissa est. *II. F. 31. 50.* Quodsi Collateralium Ordinem exutiam, ii, qui à primo acquirente trahunt originem, in relatione ad ipsum, vicem descendantium occupant & in infinitum sucedunt. *dd. text.* cum vero primi acquirentis e. g. frater, tanquam Collateralis, vi pacti est ad successionem vocatus *I. F. 1. §. 2. II. F. 2.* varia in statuendo successionis termino fuit Juris feudalis consuetudo, primum ad quartum gradum restrictio suscepta, quæ postea ad septimum gradum producta, *I. F. 8. §.* hoc quoque *I. F. 1. §. 4.* & denique in infinitum extensa est. *d. text. I. f. 1. §. 4. j. Nov. 118. c. 3.*

(a) ROSENTH. *d. Feud. c. 12. concl. 10. n. 34.* HARTM. PIST. *l. 2.*

*q. 19. n. 40.* STRYCK. *de Succ. ab intest.* *Diss. 3. c. 2. §. 14.*

VULTEF. *de Feud. c. 9. n. 105.* verb: ut tandem. DUAREN.

*in Consuetud. feud. c. 11. n. 15.* (b) JASON. *in l. certum est.*

C. *unde legitimi. n. 3.* (c) MYNSING. *Cent. 2. O. 95. n. 3.*

*seq. GAIL. L. 2. Obs. 150. n. 5.* (d) SCHRAD. *de Feud. Part.*

*10. Sect. 19. n. 65.* DECIUS *Consil. 85. n. 5.*

### Th. XXVIII.

Paucissimis nunc tangere licebit duplex, quod ex *I. F. 8. §.* hoc quoque. emergit, dubium, idque desumitur partim ex verbis memorati textus, partim ex ratione decidendi, quam eidem Dd. accommodant. Sunt, qui verba putent inter antiquum & paternum feudum distingvere, ita ut Paternuni appelletur, quod ab aliquo Ascendentium usque ad gradum quartum est acquisitum, Antiquum vero, quod ab aliis ascendentibus ultra quartum gradum est quæsumum. Sed, intuenti sententiam. *I. F. 8.* aliorumque textuum terminis istis utentium, facile, appareat Feudi Paterni & Antiqui eandem, non diversam, esse significationem, idque novo opponi. Quando enim eosque perventum erat in successione feudali ut restrictum olim jus succedendi expirasset, non amplius censebatur feudum esse paternum sive antiquum, & quoties possessoris successori relinquebatur, novi naturam induebat,

bat, ut puta non ex necessitate juris, sed indulgentia Domini diretti, tributum. a. II. F. 3. Paternum autem non appellabatur in specie cuius acquisitor intra quartum gradum Vasallo jungebatur, sed in genere, quod fuerat Parentis, communi agnationis vinculo juncti. II. F. 11. 12. j. l. 1. §. 1. ff. de leg. præst. sive, ut II. F. 50. dicitur, quod quicunque ex superioribus acquisiverat. (b) Ratio diversitatis inter feudum, quod post mortem primi acquirentis vi pacti ad Collaterales transiit, & quod ab initio ad descendentes acquirentis, postea ad Collaterales, pervenit in eo collocari solet, quod successio descendentiū favore dignior sit, quam Collateralium. a. N. 118. c. 1. 3. Collaterales verò ultimi possessoris, in relatione ad primum Acquirentem, omnino descendantium loco sint. a. II. F. 11. 50. adeoque in infinitum emolumento successionis fruantur, nacti successionem vi pacti non item. Verùm quia novum feudum ad omnes acquirentis descendentes regulariter transit. a. II. F. 31. &, cum Vasalli acquirentis Frater ex pacto succedit, feudum hoc duplicis novi feudi naturam induit, scilicet ratione primi Acquirentis & Fratris, cui pactione facultas succedendi quæritur, hic verò non minus suis descendantibus in infinitum prospicere voluisse creditur quam frater feudum acquirens, æquum est, ut emolumento familia ejus perpetuò fruatur. a. l. 9. ff. de prob. II. F. 11. quandoquidem istam præsumptionem nec juris dispositio nec ratio inutilem reddit, (c) Ut taceam absurdum quodammodo esse, quod decisio, restringens jus ex pacto succendentium Collateralium ad gradum septimum, juxta dissentientium opinionem I. F. 8. §. 1. ob hanc solam rationem vim suam perdat, e. g. quod post secundum tertiumve primi acquirentis successorem demum, & non statim primo acquirente defuncto, conditio, sub qua successio per pactum tributa est, extitit.

(a) BORGHOLT. de Feud. c. 4. n. 2. (b) CASP. BITSCHIUS ad I. F. 8. §. 1. verb: denique. STRUV. S. J. F. c. 3. a. 2. n. 1. (c) Conf. de Regnis & Principatibus GROT. de J. B. & P. l. 2. c. 7. §. 15. GAIL. L. 2. D. 150. n. 6. SCHRAD. de Feud. Part. 10, Sect. 19. n. 46.

## Th. XXIX.

Quoniam bāud rārō contingit Pupillum, cui per Tutorem legitimum prospiciendum est, alia bona allodialia alia feudalia possidere diuersis-

versisque personis proximam spem succedendi, alii in feudo aliū in al-  
lodio, quæsitam esse, emergit inde questio, titrum unus ejusdem Tutelam suscipere possit debentque, an vero diversa allodio diversa feudo  
determinanda sit persona, aut a quo jure Officium Tutelæ allodiali feu-  
dalique successori futuro committendum? Quæ res, cum non est de-  
terminata, secundum observantiam cuiusvis loci, eaque deficiente  
juxta æquum Domini Territorii arbitrium, qui in feudum atque Al-  
lodum jurisdictionem habet, decidenda videtur. a. l. 80. ff. de R. I. l. 1.  
S. f. ff. de jür. delib. l. un. C. ubi pet. tut. Interim, cum potiora sunt al-  
lodalia quam feudalia bona, successorem allodalem, & quando  
feudum allodio potius est, feudalem successorem onerari posse pu-  
to, quoties minus consulta aut non recepta est dupliceis tutoris con-  
stitutio. a. l. 6. C. de Pact. int. empt. & vend. l. 10. ff. de statu hom. (a)  
securitati tamen successorum hisce casibus cavendum. Quando res  
& usus id patitur aliis ad allodii aliis ad feudi administrationem  
admittendus est tutor legitimus, ob diversum jus successionis Agna-  
torum scilicet Cognatorumque, ex quo onus Tutelæ dependet. l. l.  
ff. de leg. Tut. atque tum pro eo habetur ac si diversum committere  
retur singulis Tutoribus patrimonium. a. l. 15. ff. de testam. Tut. idem  
que pupillus duplicem personam refert. a. l. 3. l. 4. ff. de adopt. j. l. 26.  
C. de adm. Tut. (b) In Germania sape hoc casu duos Tutores, alte-  
rum qui proximus est Successor Allodii, alterum qui proximus est  
Successor Feudi, constitui, cosque onus Tutelæ ex a quo subire, à Ro-  
senthalio commemoratum est. (c)

(a) BÄCHOV. ad Treutl. Vol. 2. D. 8. Tb. 3. lit. b. verb: Imo. (b)  
SCHRAD. de feud. p. 10. Sect. 19. n. 52. seqq. (c) ROSENTH.  
de feud. c. 12. Concl. 10. n. 52.

### Th. XXX.

His præmissis de Jure Justinianeo & Feudali communis circa Tutelam & Curam Legitimam Agnatorum præ Cognatis, ad Jus Saxonum transeo, secundum illud verò constituenda & perpendenda est Regula: Agnati in suscipienda Tutela Legitima Cognatis sunt potiores, quam probat L.R. l. 1. a. 23. Wb. art. 49. Stirbt ein Mann / der Kinder hat / die zu ihren Jahren nicht kommen sind / Ihr nächster Ebenbürtiger Schwerdtmag sol ihr Vormund seyn / bis sie zu ihren Jahren kommen.

E

Quamvis



Quamvis autem Agnatis Lege XII. Tabb. Jus Tutelæ tributum sit,  
*I. i. C. de legit. tut.* Cognatis: e. g. avunculo, ab isto officio Tutelæ Le-  
gitimæ exclusis, attamen Jus Saxonum, quemadmodum Cognatos  
ad Successionem allodialem juxta propinquitatem graduum unà cum  
Agnatis vocavit. **LX.** L. i. a. 30. (a) ita quoque, Agnatis deficien-  
tibus, eos Tutela legitima onerari voluit. *a. l. 1. ff. de leg. tut.* (b)  
Adeoque Jura Saxonica Familia potissimum habuere rationem, eos-  
que, qui de familia sunt, in pupillorum educatione & administra-  
tione bonorum, quæ habent, fidei, quam Agnatis debent, non fore  
immemores crediderunt, nihilominus Agnatis penitus deficienti-  
bus ad Cognatos Tutelam devolverunt, quippe quos emolumen-  
ti successionis participes esse permisérunt. *a. §. un. I. de leg. Agn. tut.*  
*d. text. LX. l. 1. a. 3.* necessarium tamen etiam est in legitimis hisce  
Tutoribus Decretum Confirmationis per *Ord. Pol. Imp. d. A. 1577. t. 1.*  
*32. §. 2.* In eo autem recedunt Saxones à Jure Civili novissimo quod  
Agnatis Cognatos postponunt, cum Jus Civile in Tutela & Suc-  
cessione Agnatos Cognatosque exæqua verit. *N. 118. c. 5.*

(a) **COLER.** *Dec. 49. n. 13. seq.* (b) **CARPZOV.** *L. 5. Resp. 81. n. 17.*  
*Id. in Uisu Arb. Confangv. c. 7. n. 74. j.* **WESENB.** *t. de leg.*  
*Tut. n. 2.*

### Th. XXXI.

Quanquam verò plures Agnati ejusdem gradus quoque succes-  
sionis commodo perfruantur, *Jus Saxonum* tamen ætatis potissi-  
mam habuit curam, proinde *ex Agnatis Seniorem reliquis prætulit*,  
idque expressit in *LandR. l. 1. a. 23.* Ihr ältest ebenbürtig *Schwieb-*  
*Image ist der Kinder Wurmund:* hic enim, uti ætate sic etiam pru-  
dentia, reliquos Agnatos antecellere præsumitur, Tutelamque poti-  
us per unum administrari, quam per plures diffundi expedire visum.  
*a. N. 118. c. 5.* (a) *Atque hoc tam in Alladio quam in Feudo attenditur.*  
Evidem generalia sunt *d. art. 23.* verba, quæ ad allodium, tanquam  
singulare jus continentia, videri poterant esse restringenda. *l. 14. l. 16.*  
*ff. de leg. retento Jure Civili in materiis feudalibus.* *a. II. F. 1.* at quia  
textus plane non distingvit, nec nostrum erit distingvere. *a. l. 8. ff. de*  
*publ. in rem act. maxime cum ejus ratio, in potiore erga seniorem*  
*fiducia collocata, non minus feudo quam alladio conveniat;* (b) un-

de

eiusmodi

I

de in feudo quoque foemino, quamdiu aliquis ex Agnatis simultaneè investitis superest, qui successionem speret, ad Cognatos haud perveniendum esse, quò Agnatis sua salva sit Prærogativa, haud improbabiliter asseritur. a. *LehnR. l. 1. n. 23.* (c) Et cum in superioribus deductum sit *tb. 21.* emancipationem jus agnationis secundum *Jus Feudale* haud extingvere, idem apud Saxones tam in Allodio quam Feudo sentiendum videtur: hoc enim famosissimus maximeque proprius Familiae Agnatorumque significatus exigit. a. *l. 69. §. f. ff. de leg. 2.* (d) Ex quo pariter consequitur Patrem Emancipatorem Avumque, veluti Agnatos Proximos, jure excludendi Agnatos collaterales gaudere, tanquam linea & optima legum fiducia potiores. a. *l. 12. ff. de suis & leg. her. j. l. 7. C. de Cur. jur. N. 118. c. 5.* (e)

(a) *RICHT. Dec. 12. n. 9. CARPZOV. Part. 2. C. 11. d. 11. n. 1.* (b)  
*Id. l. 5. Resp. 81. n. 16. LUD. SCHRAD. Tract. feud. Part. 10.*  
*Sect. 19. n. 39. PHILIPP. Us. Pract. J. l. 1. Eccl. 81. n. 6. j. Europ. Herold im Anhange p. 1459.* (c) *SCHRAD. d. l. n. 67.*  
(d) *j. Th. XXI.* (e) *j. Th. XXIII.*

### Th. XXXII.

*Ut verò Agnati ad Tutelam vocati censeantur requiritur in iisdem spes succedendi Agnato, cuius Tutela onerandi sunt. a. l. 1. ff. de leg. tut. Res. Grav. d. A. 1609. gr. 8.* Woferne auch die Bluts-Verwandten/welche sich des commodi successionis zu getröstten/zur administration tüchtig/fönnen dieselbe die Vormundschaft auf sich zu nehmen angehalten werden/&c. itaq; illi non saltem volentes admittuntur, sed etiam inviti ad munus Tutelæ subeundum compelluntur. a. *N. 118. c. 5. l. 4. C. de leg. Tut. j. th. 8.* Verum quia *Jus Saxon. Feudale* non patitur ad Collaterales Agnatos devolvi successionem feudi citra simultaneam investitaram, necessaria est ad legitimæ hujus Tutelæ delationem quoque Simultanea Collateralium Investitura de feudo, (die gesamte Hand im Lehen) (a) *LehnR. c. 21. P. 3. C. El. 45. §. Gleicher Gestalt. j. LehnR. c. 32. id quod evidenter expressit das Organische Ausschreiben d. A. 1583. t.* Welcher Gestalt die Agnaten, §. Dieweil denn. ubi indicatum, daß/vermöge Landüblichen Sächs. Rechtens zwischen denen Agnaten und Schwerdmagen seithalben in denen Lehngütern keine andere Succession

sion oder Lehnserfolge ist/denn was man durch die sambtliche Belehnung  
und gesamte Hand iiberkommt. (b) Sicuti autem in feudo intuitu com-  
modi speratae successionis defertur simultanea investitio Tutela, quam-  
vis Pupillorum agnati non sint. a. l. 1. ff. de leg. Tut. (c) ita liquidò ex  
eodem principio fluit Agnatos, vi pacti legis aut consuetudinis simu-  
lancee investitos nach rechter Sipzahl/ (d) adeoque prærogativam gra-  
duum observantes(e) etiam ultra septimum decimumve gradum ad sub-  
eundam Tutelam vocari. a. d. l. 1. præcipue cum determinationem des  
**LX.** l. 1. a. 3. die Sip endet sich im siebenden Glied Erbe zu nehmen/  
nequidem in allodio observari. j. art. 17. 19. probabile sit; (f) facta vero  
arbitrio nonnullorum Dd. successionis ad 10. gradum restrictio solidò  
destituatur fundamento, ceu th. 14. deductum est.

(a) *LUD. SCHRAD. de Feud. P. 10. Sect. 19. n. 66.* (b) *CARPZ. P. 2. C. 45.*  
(d) *HARTM. PIST. L. 2. q. 19. n. 58. seq. GAIL. L. 2. Obs. 151.*  
*n. 5. seq.* (c) *SCHRAD. d. Feud. P. 10. Sect. 19. n. 49.* (d) *HARTM.*  
*PIST. L. 2. q. 21. n. 3. COLER. Dec. 52. n. 17.* (e) *CARPZOV. L.*  
*5. R. 79. n. 6. seq. BERLICH. P. 2. Concl. 53. n. 65.* (f) *WESENBS.*  
*ad Schneidvr. t. de hered. quæ ab intest. def. de tertio ordine*  
*succedendi. n. 39. lit. c. TREUTL. Vol. 2. D. 16. th. 5. lit. b. SCHULZ.*  
*Synops. Inst. t. d. hered. quæ ab intest. in tert. ord. succed. lit. l. j.*  
*THOMAS. ad Strauch. Ex. n. th. 29. diss. CARPZOV. P. 3. C.*  
*18. d. ult.*

### Th. XXXIII.

*Quod traditum apud Saxones Agnatos Cognatis in suscipienda &*  
*Tutela legitima esse potiores ampliatur I. ita, ut idem obtrineat, quando*  
*Agnatus remotior Tutelam legitimam subit, propterea quod proximior*  
*imperfectæ adhuc etatis est, id quod evincunt verba des Weichb. a. 49.*  
und ist er selbst/ der nechste Schwerdmag / zu seinen Jahren nicht  
kommen/ also/ daß er ihm nicht vorstehen mag/ so soll sein Helffer seyn/  
ein ander sein ebenbürtig Schwerdmag/ um soll als lang Vormund seyn/  
bis die Kinder zu ihren Jahren kommen/ oder bis daß ihr rechter Vormund  
ihnen vorstehen mag / quam Juris Saxonici specialitatem applicat  
Richter, (a) & Limnæus commendat, (b) ea vero à Jure Civili novo  
recedit, quo minoris nulla habetur ratio & munus Tutelæ vel Agna-  
to remotiori, qui adest, committitur, vel eo deficiente dativo Tutori  
locus relinquitur, l. f. G. de leg. Tut. ceu th. 15. observatum.

(a) *RIGHT.*

(a) RICHT. D. 12. n. 13. Conf. CARPZOV. P. 2. C. II. d. II. n. 1. 2. (b)  
LIMN. ad A. B. c. 7. §. 2. Obs. 26.

Th. XXXIV.

Cum igitur Agnatos Proximiores præferri constet, queritur, an e. g. Consanguineus Frater pupilli à Germano excludatur? quod negandum & Seniorem eo casu præferendum esse censeo. a. L.R. L. 1. a. 23. non habita duplicitatis vinculi ratione. (a) Licet enim notissima sit Jutis Sax. Regula: quæ ex uno latere junctum facit uno gradu bilateral remoto rem. a. L.R. L. 1. a. 3. ea tamen attendi haud meretur, quoties ratio successionis, adeoque etiam deferendæ Tutelæ, ab uno saltem, agnationis scilicet, vinculo dependet. Itaque, quoniam ad successionem Tutelamque feudalem deferendam sola sufficit agnatio, accedente simultanea in feudis investitura, frater germanus consanguineo potior non erit, sicuti quoque una cum germano simultaneo investito in feudi successione pari jure concurrit. (b) In legitima Tutela Allodii suscipienda, quamdiu controversia inter Agnatos est, atq; ex iis alter ex uno saltem alter ex utroque latere jungitur, penitus idem sentiendum, siquidem omnes Agnatos esse Cognatis potiores ex superioribus liquet. a. L.R. L. 1. a. 23. per matrem igitur conjunctio negligitur cum ea, quæ est ex Patre, saltem agnationem filio tribuat. Quodsi autem Cognati, quos in subsidium ad Tutelam admitti monitum, inter se contendant, meliorem esse bilateralis cognati quam unilateralis conditionem in successione, adeoque etiam in Tutela, æquo animo largior. a. L.R. l. 1. a. 3. j. l. 1. ff. de leg. tut. (c)

(a) Conf. CARPZOV. P. 3. C. El. 29. d. 4. COLER. Dec. 49. n. 3. (b) SCHRAD. de feud. Part. 10. Sect. 19. n. 48. (c) COLER. Dec. 49. n. 3. BERLICH. P. 3. Concl. 24. n. 92. CARPZ. P. 3. C. 18. d. 24

Th. XXXV.

Agnatis habilibus apud Saxones ita defertur legitima pupilli Tutela ut II. in Feudis etiam Domino directo sint potiores. Quamvis enim LehnR. c. 26. Domino feudi delata sit tutela his verbis: Der Herr soll auch des Kindes Vormund seyn/in dem Guthe/welches das Kind vor ihm hat/darum daß er das Angefalle/só an das Kind stirbt/zu verletzen hat/(a) adeo quidem ut ipsi fructus quoque deberi, qui ex feudo impuberis percipiuntur, colligatur ex d. c. 26. ii. L.R. l. 2. a. 58. attamen cunctem non minus quam alium Tutorem usu ad rationes red-

dendas fructusque restituendos teneri, atque sic judicatum esse, testatur Colerus, (b) & Tutela hæc feudalis tum demum ad Dominum pertinere videtur, quando Agnati Collaterales simultaneaque investiti alii desunt. a. **LehnR.** c. 6. welcher Mann keinen Sohn hat, der erbet die Gewehr des Guttes an seinen Herrn/ es sey denn/ daß der Herr an dem Gute einem andern verstecken hätte das Gedinge. j. c. 57. Quoniam enim Agnatorum Jus Successionis & per consequens Tutelæ à simultanea investitura dependet, eademque impedit, quo minus Dominus feudi sibi feudum esse apertum contendere queat, simultaneo investitus, qui à jure occupandi feudum Dominum excludit, eundem quoque à Tutela, intuitu speratae successionis deferenda, removebit. a. l. i. ff. de leg. Tut. Nihilominus legitimam Tutelam Domino, quando simultaneo investiti, sicuti dictum, desunt, deberi propter spem emolumenti proficiscentis ex consolidatione Dominii utilis cum directo. a. I. F. 24. **LehnR.** c. 6. §. un. I. de leg. Patron. tut. solido cum fundamento afferitur. a. l. g. C. qui dar. tut. vel Curat. (c)

(a) ZOBEL. ad d. c. 26. **LehnR.** verb. Daruimb. (b) COLER. d. Proc. Executiv. Part. II. c. 3. n. 306. ZOB. differ. Juris Civ. & Sax. Part. II. diff. 12. n. 8. CARPZOV. Part. II. C. ii. d. 1. n. 6. seq.  
(c) SCHRAD. de Feud. Part. io. Sect. 19. n. 72. j. WESENB. Parat. π. t. d. leg. tut. n. 2.

### Th. XXXVI.

Hactenus deductum est Jus Saxonum Agnatis Proximis & in subsidium Cognatis detulisse Tutelam. **LandR.** l. i. a. 23. idem de Cura Furiosorum Prodigorumque sentiendum esse ex th. 18. colligere licet. Verum an Curæ Minorum eadem sit ratio nunc brevibus perpendi expedit. Dubitandi ansam præbet familiæ favor singularis, qui effecit ut Agnati omnes Cognatis in Tutela præponerentur, licet Cognati quoad commodum successionis potiores essent. a. **LR.** L. i. a. 23. quod si igitur hinc deduxeris administrationem bonorum Agnatis potius jure familiæ, quam successionis, apud Saxones deferri, maxime Jure hodierno, quo necessaria est minorum Cura, cum iis invitatis etiam Curatores constitui jubeantur. Ord. Pol. Imp. d. A. 1577. t. 32. §. 1. nulla supererit inter Curam Furiosorum Prodigorumq; & inter Curam minorum distingendi causa. At si rationem Juris Saxonici intucaris exactius, deprehendes

cam

etiam

c. 3

eam spei successionis tam validè inniti, ut ex eadem sola usus Saxoniae  
Tutelam ad simultaneè investitos derivare haud dubitaverit, (a) & Res.  
Grav. d. A. 1609. gr. 8. non meminerit derer Blutsverwandten simpli-  
citer, sed cum additamento: welche sich des commodi successionis ju-  
getrosten j. th. 22. Ac proinde Curam minorum, qui bona feudalia ha-  
bent, Agnatis simultanee investitis, propter illius necessitatem & deficiens  
jus testandi de feudo, etiam juxta Jus Saxonum, deferri puto per ea, quæ  
th. 22. proposita sunt, in allodio autem idem sentiendum esse nego, quo-  
niam minoribus de eodem salva est testandi licentia, magnæ successio-  
neni incertitudini exponens, adeoque Cura non premet eos, quos haud  
fovet succedendi probabilis fiducia. a. l. i. ff. de leg. tut. Licet vero Jus  
Saxonum ordinem successionis negligat, dum Agnatos, quamvis re-  
motiores, Cognatis ad successionem propinquioribus præfert, non ta-  
men illud Tutelam imponit Agnatis nisi intuitu spei successionis, &  
cum ad Cognatos per ventum fuerit, eorum potiora ad hanc Tutelam  
jura ex spe succedendi proxima metitur. a. Weichb. a. 49. j. L. R. l. i.  
a. 3. N. 118. c. 4. d. Res. gr. gr. 8. itaque fortuita nimis emolumen-  
tum post mortem minorum sperantes certo Curæ oneri subjiciendi non  
sunt. j. th. 19. (b)

(a) SCHRAD. de Feud. Part. 10. Sect. 19. n. 49. (b) j. id. n. 147. seq.

### Th. XXXVII.

Regula Juris Saxonici Agnatos, iisque deficientibus Cognatos, ad  
legitimam Tutelam & Curam (ut supra dictum) vocans notabilem pati-  
tur Limitationem, nisi Mater aut Avia ad sit ac Tutelæ Curæve (a) onus  
in se suscipere velit. a. N. 118. c. 5. Land R. L. i. a. ii. (b) Evidem-  
tia memoratum Articulum restringit Glossa ad casum, wo nie-  
mand von Schwert halben darzu gebohren wäre/oder ob da der Mann  
feiner wohnhaftig wäre/oder ob das Kind vielleicht unchelich geboh-  
ren wäre. a. l. f. C. quond. mulier. Tut. offic. altera tamen matrem vi-  
duam omnibus Agnatis præfert. a. Auth. Matri. C. quando mul. tut.  
offic. Quam postremam, videlicet normæ bonæ interpretationis opti-  
mè convenientem, probo, siquidem in d. art. Mater Tatrix Patri ad-  
ministratori reliquisque Tutoribus exæquatur in necessitate restitu-  
endi suo tempore bona liberis, adeoque in eo ad casum, quo pro-  
hibitio legis, quæ fœminas à Tutelis arcet. l. f. ff. d. tutel. exceptio-  
nem recipit, probabiliter respicitur, minimum manifestè satis inde  
dedu-


QK  
TK  
2918

deducitur Tutelam Matris & Aviæ haud esse Jure Saxonico impræbatam. Non moveor in contrariam opinionem per textum des Land-Recht. L. i. a. 23. ubi dicitur de Tutore proximo pupilli herede, er ist auch der Wittben Vormund/bis sie einen Mann nimmt/ der ihr eben bürdig ist / addita enim sunt à Glossatore subsequentia, ob sie es will haben und bedarfss/siquidem allegatis verbis non præcise significatur ipsam matrem esse adhuc sub Tutela, adeoque ejus gerendæ incapaciem. a. §. 13. I. d. *Excus. Tut.* sed tantum indicatur Tutorem Pupillorum Curatorem quoque Mulieris intuitu sexus esse posse, ita tamen ut hæc Cura, cum concederit vidua in novi Mariti Curam legitimam, expirare queat. d. a. 23. j. *LandR. L. i. a. 31.* Cum verò legitima Matris & Aviæ Tutela affectui præsentio innitatur, eandem quoque feudalium bonorum intuitu Tutelam Curam rectè suscipere, atque illi sententiæ etiam in Saxonia, nisi contraria observantia specialis doceatur, inhærendum esse existimo. a. l. 27. C. d. *Testam. (c)* nonnunquam tamen illi Agnatus ut Contutor in Tutela administra stranda jungitur. (d) a. l. 27. C. d. *Testam. (c)*

(a) *BARTHOLUS ad Aut. Mater. C. quand. mut. Tur. num. 7.* (b) *SCHRAADER. d. feud. Part. 10. Sect. 19. n. 151. CARPZOV. P. II. C. H. d. II. n. 7. seq.* (c) *BERLICH. Dec. 273. n. 18. 19. ubi præjud. Diff. CARPZOV. d. l. d. II. n. 14. j. th. 23.* (b) *SCHILTER. ad π. Ex. 37. §. 57.*

Pauca hæc L. B. de Agnatorum præ Cognatis Prærogativa ex Jure Civili, Feudali & Saxonico investigare permisit instituti ratio viriumque imbecillitas. Quodsi meum qualemcumque conatum in expendenda materia ab usu commendatissima non fuisse penitus inutilem judicaveris, pro ea, qua polles in erigendis excitandisque bonis mentibus, virtute & æquanimitate, liberaliore, quam quod aucupatus sum, præmio me affectum censebo Tuamque in judicando Benignitate in demererri studebo. Cum verò à me nihil, quod remuneretur tantum favorem proficiisci queat præter animum memorem assiduumque in excolendis, quæ publico servire queant, studiis, eum tibi polliceor, indefessa id acturus cura ne fallatur benevolia, quam de me soves, expectatio. Deo autem Optimo Maximo, qui huc usque in Jure desudantि sua adesse voluit Clementia, totum me, tanquam gratæ mentis pignus, trado addicoque.

VDM



Æ REIPUBLICÆ  
ENSIS  
OBILISSIMIS, CON-  
IDENTISSIMISQVE  
IN IS  
I LIBUS,  
NSULIBUS,  
BUS,  
ORIBUS,  
PROMOTORIBUS  
HIS MAXIMIS  
CE STUDIORUM  
MITIAS  
MENTE  
ET  
VOTO  
II REGIMINIS  
me offert  
THOMASIUS.